[1] Ex autographo in cod. *Germ. 139*, ff. 51-52; prius 574-575 (531; 362-363). Est aliud exemplum (*B*) in eodem cod. ff. 57-58. Secundum HANSEN, p. 765, est etiam apogr. in arch. colonien. Exstat etiam apogr. Vindobonae in Biblioth. nation., cod. 13601.

[2] De pauperum collegio vide *Litt. Quadrim.*, VI, 812.

ut quilibet officia plura, maxime quae sunt humilia, subire contendat, atque sic unus sit instar multorum; et quod non parui momenti uidetur, quae s. obedientia committit, tanta fide et diligentia praestant, ut in duobus sat magnis profecto collegijs nihil [a] omitti uideatur, quod diligens ac prouida gubernatio, uel eiusdem fidelis executio desideret. Ecquid obsecro pulchrius ac nostrae quidem uocationi magis consentaneum existimari potest, quam quod hic non raro cernitur, ut eadem persona nunc uerbi diuini praeconem in templo, iam in schola grauiorum lectionum professorem, deinde paruulorum doctorem in minima classe, postea domi in culina coquum, uel in refectorio ministrum, uel (ut de alijs taceam) apud ostium ianitorem agat? Quid dicam quod foris negocia collegij curet, quod uisitet carceres, quod in hospitalibus infirmos aut pauperes consoletur? Atque haec licet multa, nec exigua ministeria sint, adeo tamen eos, in quos simul incidunt, non grauare uidentur, ut ipsi non minorem hinc consolationem, quam uel caeteri domestici spiritualem aedificationem, uel extranej pauperes tam animae quam corporis utilitatem frequenter sentiant. Ad quarum sane rerum foelix incrementum non parum speramus profuturum, quod omnes huius Collegij Patres ac fratres generaliter confessi sua uota in huius anni principio, tanto procul dubio fructu et consolatione, quanto feruore (laus Deo) innouarunt.

2. Nouum autem collegium, praeter conuictores, iam stipendiarios selectissimos et singularis expectationis iuuenes 12 habet, ac multo quidem plures haberet, si R.dus Pr. Rector [1] in his collegij primis initijs admittere quoslibet, ac uotis omnibus satisfacere posset. Vnde cum institutum illud paulatim ac suauiter crescere debeat, nec ipsa domus maiorem iam numerum capere [b] facile queat, nonnulli nec infimae sortis homines, licet non sua tantum autoritate, sed aliorum etiam interpellatione nos urgeant, rudioribus tamen principijs cedere coguntur, donec maior, quam cito fore speramus, sit habitandi commoditas. Et cum R. D. Praepositus [2] diu multumque nobiscum egisset de suscipiendis grandioribus, qui scilicet mox ad sacerdotium

---

a nihil *supra vers.* — b numerum *infra vers., deleto alio verbo*: capere *in marg.*

---

1 P. Paulus Hoffaeus.

2 Dr. Henricus Scribonius, ecclesiae pragensis praepositus, et archiepiscopatus administrator.

promouerentur, nec posset satis persuaderi a nobis id huic instituto multas ob causas non conuenire; tandem appellauit R. Prem. Prouintialem [1], qui tamen suis literis apud eum, quod cupiebamus, effecit, ut iam R. D. Praepositus nobiscum sentiat non admittendos esse qui nimis adulti uel intractabiles, uel non satis honestae conuersationis uideantur. Qui uero iam in eo uiuunt, non mediocriter diuina gratia in literarum ac pietatis studijs proficiunt. Quamquam ut pijs institutis euenire solet, persecutiones sat graues ac fraudulentae non desint, quibus prima [a] collegij huius constitutio non nihil agitatur. Verum cum diligentibus [b] Deum omnia cadant in bonum [2], non modo nihil hinc illa debilitari, sed mirabili Dei prouidentia plurimum etiam stabiliri uidetur. Nam ut unum eius rei proferatur exemplum, cum puer quidam annorum quindecim maximis animi corporisque dotibus excellens, sed hussita, mulieris hussitae et lutheranae filius, ac ser.[mi] principis [3] alumnus, diu de suscipienda fide et communione catholica, quamuis secreto meditaretur [c], mater eius modis omnibus filij conuersionem ac salutem impedire conata est. At puer ubi uidit se hic uoti sui compotem fieri non posse, et matre et nobis inscijs [d] fugit. Quod ut mulier audiuit, ad nos accurrit subito, filium suum postulat, nos illum peruertisse et in aliud amandasse collegium constanter affirmat, nullam uerbis nostris fidem habet, nobis per suos amicos, per senatum pragensem, per principem, per imperatorem minatur, supplicationes parat, spargit rumores, quosdam ser.[mi] principis aulicos aduersus [e] nos excitat, collegio nouo maledicit, cupit rem istam in concionibus uniuerso populo denunciari, diuinatricem accedit, quae falso diuinauit puerum esse Pragae, promisitque se daemonum praestigijs effecturam, ne Praga discedere posset. Tandem diuina clementia factum est, ut et mulier placaretur, ac puer ad nos catholicus rediret, atque ipsa facile puerum totum nobis traderet, uel hic enutriendum in pietate catholica, uel etiam Romam amandandum. Dominus puerum

[a] pria. *ms.* — [b] *Del.* omnia. — [c] *Litt.* re *supra vers.* — [d] *Praec. del. idem verb. male scriptum.* — [e] aduersus *supra vers.*, *deleto* contra.

[1] P. Petrus Canisius. Cf. *Can. Epist.*, II, 716 ubi haec epist. quadrim. adhibetur.
[2] ROM. VIII, 28.
[3] Ferdinandus, Ferdinandi imperatoris filius Bohemiam gubernabat.

confirmet, matrem conuertat, ac tandem omnia ad suam gloriam [a] et nostram aliorumque salutem foeliciter dirigat.

3. Scholae nostrae profectus in eo potissimum apparet quod non solum iam studiosi consuetis exercitationibus et studijs, quam antea, melius satisfaciant, uerum etiam eo progressi uideantur, ut poëmata suo Marte componere, publiceque recitare possint. Id in ferijs [b] natalitijs exemplo probatum est, quando praeter communia Natiuitatis Domini ac sanctorum Stephani et Ioannis encomia, uenustam quandam nec indoctam eclogam [c] de Bethlehemitis pastoribus, non minore frequentia, quam auditorum applausu exhibuerunt. Cuius quidem exercitationis foelix euentus, cum ad alios qui abfuerant, neque paruae authoritatis homines, quorundam relatu peruenisset, uehementer cupiuerunt illi rerum earum sibi copiam fieri, quo illud absentiae damnum lectione saltem instaurare possent. Neque minus etiam iuuentus nostra pietate quam literis promouetur, cum iam quidam, praesertim adultiores, aliquoties in mense confiteri soleant, quibus antea singulis mensibus semel confiteri nouum ac difficile uidebatur.

4. Quae uero spectant ad cultum diuinum ac templi rationem, in dies plurimum uidentur omnia crescere. Nam auditorum numerus per aliquot iam menses in concionibus plurimum auctus est, et illi qui ueniunt, sacro, quod alioqui non admodum curant, gratia concionis libenter intersunt. Quaedam etiam personae deuotae praeter quotidianas candelas, nonunquam offerunt donaria, quibus ornentur altaria. Et quamuis huic genti nouum nec ualde necessarium uideatur frequentius, quam semel in anno, confiteri, his tamen ultimis quatuor mensibus circiter 100 confitentes habuimus, inter quos lutherani 5, abiurata haeresi, fidem catholicam amplexi sunt, et 2 qui sine confessione sub una specie communicare solebant, se posthac non modo confessuros ante communionem, sed et frequentius confessuros promiserunt: et quidam alij qui multis annis confessi non fuerant, rectius uitam suam instituerunt. Caeterum hic praeterire nequeo quendam Witenbergensem [d], doctum et insignem iuuenem, qui in summa constitutus inopia, petendae eleemosinae causa collegium nostrum adijt; ubi rogatus cuias esset? se moguntinensem; an esset in proxima quadragesima confessus? Maxime; an lutheranorum libros legisset? Nequaquam, respondit.

---

[a] gloriam *in marg.* — [b] ferijs *supra vers.* — [c] *Emend. ex* eglogam. — [d] *Litt.* ber. *supra vers.*

Dum uero eleemosinam sumeret, ac de sua paupertate conquereretur, quidam ex nostris explicauit illi quemadmodum Deus soleat peccata eo modo punire, ac proinde necessarium fore, ut Deo per confessionem reconciliaretur, si uellet prosperiorem rerum suarum successum experirj, etc. Haec familiaris exhortatio, quam acceperat cordi, cum abiuisset, eum ad nos redire, suamque fateri culpam coëgit. Nam reuersus humiliter ueniam petiuit, quod antea quoties interrogatus fuisset, toties mentiendo peccasset, cum natione witenbergensis, ac Lutheri et Philippi discipulus a primis annis [a], confessus nunquam fuisset. Hic ille narrabat quales Melanthon (proh dolor) blasphemias, praesertim in sacrosanctum Missae sacrificium, conijcere consueuisset. Hic multa de lutheranorum dissensionibus et abusibus referebat: disputabat quoque multa, sed discendi studio, praecipue circa missae sacrificium, confessionem et communionem catholicam argumentis, quae a Philippo didicerat, impugnans. Verum multis hinc inde uehementer agitatis, ueritati tandem cessit mendacium, et Christus intellectum illi dedit, ut saperet et intelligeret, utque conuerteretur ac uiueret; nam catholicas explicationes non solum probe intellexit, ac modis omnibus approbauit, sed magno quoque desiderio amplexus est, adeoque orthodoxae et romanae ecclesiae debitam in omnibus obedientiam promisit. Quod ne leuiter aut fucate promittere uideretur, statim flexis in terram genibus, interposito iuramento, detestatus haereticam perfidiam, Christo inseri supplex petiuit: unde postridie reuersus, facta generali suae uitae confessione, per Dei gratiam est ecclesiae restitutus. Confirmet in eo Dominus quod operatus est [1].

5. R.dus D. praepositus fructum quem nostri Patres in audiendis confessionibus colligunt, sentire uidetur, cum suos sacerdotes frequenter huc mittere soleat, ut nostris confiteantur, ac Directorium R.di Patris Polanci [2], et R. Patris Canisij catechismum emant. Vocauit nuper etiam pia quaedam matrona unum ex nostris Patribus, ut infirmum cuiusdam lutherani famulum confitentem audiret; quod ubi hospes intellexit, confessarium noluit admittere, ne suis in aedibus in eiusmodi, scilicet papistica, consentire uideretur. Uerum cum infirmus nihilomi-

[a] annis *supra vers.*

[1] Cf. Ps. LXVII, 29.

[2] *Breve Directorium ad confessarii ac confitentis munus recte obeundum.* Romae 1554 sqq. et alibi.

nus instaret, quo confitendi daretur facultas, expectatum est tempus oportunum, quo morosus hospes abesset, et sic infirmus pij desiderij compos effectus est. Caeterum nec externa charitatis opera segniter nostris proximis impenduntur. Nam quantum fieri potest, dominicis ac festiuis, uel quando festa non incidunt, mercurij diebus nostri in carceribus captiuos, in hospitalibus pauperes, et passim, ubi nouerunt, infirmos, adeunt, consolantur, instruunt, ac petitis eleemosinis recreant. Nam uni captiuo nuper [a] a quodam mag.co D. prandium et coenam, donec carcere liberaretur, alijsque multis saepe pecunias, quibus cibos ac uestes emerent, impetrarunt. Hinc ad hospitalia saepius quam statis diebus inuitamur, et ad carceres nonnunquam uocamur literis, quibus captiui testantur se post Deum nullos fideliores patronos experiri, quam eos qui de Societate nominantur. Sic alij religiosi, quando subditos uinctos detinent, nostros accersunt, ut eos ad obedientiam, ad pietatem, et ad [b] meliorem uitam instituant et adhortentur.

6. Vtuntur etiam opera nostra suis in rebus praecipui tam seculares, quam ecclesiastici, Boëmiae rectores; nam serenissimus princeps noster duo grauissima negocia [c] (ut quae minoris sunt momenti omittam) nobis perficienda superioribus diebus imposuit: unum erat ut componeremus controuersiam antiquam et difficilem, quae inter pragenses praelatos ac serenissimi principis primarium sacellanum de iure patronatus extitit, nec a [d] uiris alioqui magnis potuit conciliari: quin eo deducta fuit, ut non solum appareret causae controuersia, sed etiam personarum simultates et criminationes scandalosae sereniss. principis atque aliorum aures offenderent. Verum per suos seruos quant[umlibet inu]tiles [e] D. Deus efficere dignatus est, ut pars utraque ueritatem intelligeret et [amplecteretur]: quin facto contendendi fine, libenter in mutuam ac christianam [f] animorum reconciliationem [consentirent; ut] factum esse docet experientia, cum iam familiariter conuersentur, ac simul prandeant, [qu]i antea raro, nec sine contentione colloqui consueuerant. Hic alias ego simultates et dissensiones, quas per nostros tollere dignatus est Deus, causa breuitatis omitto. Alterum negocium quod praelatorum ac [g] nostra simul opera perfici uoluit [h] serenissimus prin-

---

a nuper *in marg.* — b ad *supra vers.* — c *Seq. v. del.* — d a *supra vers.* — e *Hoc loco et in tribus seq. lineis abscissa est chartae pars. Verba quae desiderantur supplemus ex exemplo B.* — f *Praec. v. in marg.* — g *Del.* simul. — h uoluit *in marg.*

ceps, ad Boëmiae totius utilitatem pertinebat. Nam cum insignis quidam et per Boëmiam nominatissimus picardus, aliorum picardorum episcopus [1], qui multa hominum millia seduxisse dicitur, iam cuperet liberari carcere, quo propter haeresim et seditiones tredecim iam annis detentus est, atque hanc ob rem, scripta quadam, sed lutherana, confessione, euangelicam ecclesiam ac purum Dei uerbum profiteretur, abiectis picardorum erroribus: responsio per Dominos praelatos ac nostros talis est composita, quae eum in carcere detinere possit, donec syncere confessionem omnino catholicam aedat: quamquam lateat ipsum nos huius rei authores esse.

7. Sic etiam barones in rebus praesertim literarijs expetunt nostra ministeria: nam cum nuper Summus Pontifex et R.mus legatus D. Hosius literas dedisset ad prothonotarium regni Boëmiae, statim ille literis huc missis, conuenientem a nobis responsionem conscribi efflagitauit. Quae sane responsio, cum offerretur, adeo [a] placuit ipsi, ut non modo nihil in ea desideraret, sed et palam testaretur aptiorem se responsionem optare non posse. Vnde uicissim obsequia sua (quae plurimum ubique ualent) magna cum gratiarum actione nobis intimo cordis affectu promisit. R. D. Praepositus, et qui Pragae sunt uiri religiosi, conscientiae casus ad nostros magna humilitate referunt, nec minore quicquid hinc respondetur, ueneratione suscipiunt. Senatus pragensis iam nobis impensius quam antea fauet, cum istis diebus [b] aquam per canalem subterraneum in collegium nostrum fluentem iusserit nobis quam primum restitui, quam, nescio quales homines, quas ob causas subtraxerant. Effecit etiam primas ciuitatis pragensis [c], ut impudicae quaedam mulieres nobis uicinae cogerentur in gratiam collegij infra trium hebdomadarum spacium aedibus cedere, ne possent nostris fratribus incommodare. Et cum alium uicinum habeamus rebus nostris non admodum fauentem, qui templi nostri fundamento damnum intulisse credebatur, quaedam pragensis matrona id nobis significauit, quo, ut factum est, huic malo per iudicem prouideretur. Hussita quidam, M. Gallus [2], nostrum Directorium

a *Prius* adeoque. — b diebus *supra vers.* — c pragensis *in marg.*

[1] Ioannes Augusta. De his quae postea acta sunt, frustra tamen, ut is catholicam fidem amplecteretur, vide KROESS: *Geschichte der böhmischen Provinz der Gesellschaft Jesu*, I, 217-222. Vide etiam inferius epist. pragensem die 25 Augusti datam.

[2] Gallus Gelastus. Vide *Litt. Quadrim.*, VI, 303, et KROESS, l. c. 204.

confessionis in idioma boëmicum foeliciter ac gratis transtulit, seque [a] obtulit ad alios Societatis libros transferendos. Dominus ipsum quoque in fidem catholicam transferat.

Hi fructus praecipui uidentur, R. Pr., quos diuina bonitas per istos paucos et inutiles R. P. V. filios in hac messe boëmica colligere uoluit. Commendamus autem nos omnes sanctiss. R. P. V. atque aliorum R. Patrum ac fratrum sacrificijs ac precibus, quo foeliciter per hunc nouum annum in omnibus, quae sunt nostrae uocationis, crescere, et posthac meliores hinc fructus Romam mittere possimus. Pragae, in collegio Societatis IESV apud S. Clementem 11 Ianuarij 1561. R. P. V. subiectissimus in Christo filius

HENRICUS BLYSSEMIUS [1].

Alia manu. ✝ Quadrimestres e Praga Bohemiae.

472

IOSEPH GUIMERA

OCANIA 12 IANUARII 1561 [2].

1. *Sollemnis SSmi. sacramenti translatio in novas aedes. Earum brevis descriptio.* — **2.** *Sociorum numerus. Populi concursus ad sacramenta suscipienda.* — **3-4.** *Sociorum existimatio. Fructus ex Patrum ministeriis perceptus.* — **5.** *Scholarum status. Alumnorum ingenia. Quinam auctores praeleguntur.*

1. ✝ Ihus. Muy R.do en Chr. P.e Gratia et pax Chr. Algunas veces [b] dende Burgos me mandaron escrebir a V. P. [3]. Después, imbiado por la sancta obedientia vine a este pueblo de Occaña, y como el P.e García, el qual solía tener este cargo, aya sido

a *Prius* seseque. — b veces *supra vers.*

[1] De epistulae auctore vide *Litt. Quadrim.*, VI, 817, annot. 1.

[2] Ex originali in cod. *Hisp. 98*, 2 ff., nn. 38, 39: prius 267 (?). Praecedunt duo exempla latina in ff. 34-37.

[3] Vide *Litt. Quadrim.*, V, 672.

enbiado por la obediencia a Alcalá por hallarse mal en esta tierra, fuéme a mí mandado, aunque indigno, diese cuenta a V. P. de lo que la diuina bondad se a dignado obrar por estos inútiles sieruos. Y por comenzar del principio destos quatro meses, la víspera de la natiuidad de nuestra Señora nos pasamos a esta casa [1] con gran solemnidad y aplauso de todo el pueblo. Aquel día se hazía vna processión muy solemne concurriendo todo el pueblo [a] y clerecía, trayendo música de Toledo, celebrándose con gran aparato, así de cantores como ministriles, con todas las parrochias, cruses y pendones; y dióse orden cómo pasando por delante nuestra casa en que morábamos, se pasase aquel día el sanctíssimo sacramento, por llebarlo con solemnidad; y así se trayeron las mejores andas y custodia de la parrochia más principal, las quales auía dado una reyna, y atabiadas muy hermosamente, se puso en ellas el sanctíssimo sacramento, auiendo adornado la casa con tapicería, heno y otras cosas para semejantes fiestas. Quando llegó la processión a nuestra casa, entrando el preste con la clerezía que podía caber, y la música, tomaron quatro sacerdotes las andas, saliendo los de casa con sobrepellices para acompañar el sanctíssimo sacramento, cantando la música hymnos, canciones y motetes desde que salimos de la una casa hasta que llegamos a la otra; y aunque abían de arrodear algo, y parescía impedimento para las cruces y la gente, mayormente auiendo llovido aquel día, todo lo tubieron por bien, por el amor que tenían a la Compañía, aunque después se a lebantado alguna persecutión. Teníamos tanbién aparejada en esta casa en que agora estamos, una iglesia o capilla, la qual muy en breue se abía hecho. Después de nuestra Señora, se començó a ordenar y acomodar la casa, reparando algunas cosas, diuidiendo apartamientos, refitorio, cozina y lo demás necessario. Hiciéronse aulas y escuelas aparte, con su patio y puerta a la calle, apartados de casa y de la iglesia, sin dar la menor pesadumbre ni desasosiego a la casa ni iglesia. El collegio está en el mejor sitio de la villa para el concurso de la gente, el qual es tanto, que muchas veces no caben en la iglesia; y está muy acomodado para los estudios por estar en medio del lugar con su plaça delante. Es muy

---

a *vv.* Aquel - pueblo *add. supra vers.*

---

[1] Hu usque in aedibus Ludovici de Calatayud fundatoris, habitaverant.

grande y capaz, y tan bueno, [a] que algunos Padres, pasando por este collegio, le praefieren a muchos otros que son tenidos por muy buenos. Tiene lugar para iglesia y aposentos suficientes para quantos aquí estubieren: entre otras piezas algunas tiene grandes y doradas, en donde se aposentauan los grandes y personas principales quando residía aquí la corte. Mas ya que no tenemos falta de casa, tenémosla grande de gente.

2. Estamos aora onze; dos Padres solos, y 9 hermanos; los quatro lectores, los 2 estudiantes, y 3 coadjutores temporales: y según los muchos que acuden, no se puede satisfacer a todos. Esperamos cada día que el P.e prouincial nos prouea de gente. Las confesiones acuden más que se puede cumplir, por ser solos dos Padres. Los sermones de los nuestros son muy deseados y pedidos, así de la gente, como de los curas deste pueblo y de los lugares comarcanos, por la buena opinión que tienen de la Compañía, y por el prouecho que ueen que se haçe con ellos.

3. Entre otras cosas, contaré algunas, las quales declaran bien la reputación en que a los nuestros tienen. Como este pueblo tubiese un negocio de mucha importantia con el rey, y perteneciente al bien común, determinaron que algunas personas fuesen a hablar a su Mag.t de parte del pueblo, y elegieron a nuestro Padre rector juntamente con otros religiosos de Sant Francisco y Sancto Domingo, a los quales, abiéndole hablado, respondió benignamente, diciendo que ternía respecto en aquellos negocios a su intercessión. Ansí mismo enbió a llamar al P.e rector un maiordomo del rey, cayendo en una graue enfermedad, y aunque estaua lejos deste pueblo, le hizo ir para confesarse, y ordenar su alma, poniéndose en sus manos, sometiéndose a su parescer, con el qual estubo algunos días con gran consuelo del enfermo. Del tractar y conuersar con los de casa, tanto en confesión como fuera della, se halla también claro fructo, dexando algunos el mal viuir en que muchos años auían estado. Entre otros un sacerdote distraído, recogiéndose con edificatión de los que antes le conocían: y apartándose algunos, los quales mucho tiempo auían estado amancebados: y por ser muchos, no digo de alguno en particular.

4. Vna muger muy dada a uanidad, afeites y galas del mundo, mouida de Dios en un sermón de los nuestros, mudó totalmente su modo de uiuir, mostrando después mucha honestidad. Otros se an recogido a hacer los exercicios, personas principales.

---

[a] buena *ms.*

y especialmente un sacerdote deste pueblo del qual pensamos se siruirá Dios; y otros se mueben cada día para hacer lo mismo. Vltra desto se entiende en hacer paces con grande edificatión del pueblo, creiendo poder alcanzar por alguno de la Compañía, lo que por otra uía parecía no poderse hacer. Entre otras diré dos o tres notables, por no pasarlo todo de corrida. Estando herido uno de muerte, uiendo al enfermo en lo último de su uida, se tubo refugio a vn Padre para que perdonase antes que muriese, por euitar el mucho daño que dello podía uenir. Y plugo a la diuina bondad, que con facilidad se alcançó, muriendo el enfermo después. Otro caso no menos graue a tanbién acontecido entre un padre y un hijo, los quales indignados entre sí, el padre cegado de la passión contra todo affecto y amor paternal, tiró una saeta al hijo, aunque herró el golpe. Púsose la justicia en medio, hechando al padre en la cárcel preso, y nunca ubo remedio del perdón, ni por ruegos de personas principales y qualidad, ni por medio de un prior de una religión, muy tenido en este pueblo. Mas después veniendo en manos de un Padre, no sólo se alcançó le perdonase, mas aún, el hijo a quien se abía tirado la saeta, fué a la cárcel pidiendo perdón al padre de auerle dado ocasión para ello. Por el mesmo Padre se estoruó un pleito que una persona auía benido a poner de cien leguas deste pueblo, haciendo se uoluiese la tal persona a su tierra, quedando todos en paz.

5. Dejo otras cosas por dar tanbién cuenta a V. P. de los studios que tiene a cargo la Compañía. Los maestros son quatro: tres de grammática y uno de artes. Los estudiantes de Ocaña siempre son 120, pocos más o menos; tienen buenas habilidades, y son de tan buenos entendimientos, que en dos años salen algunos buenos grammáticos; y aun en un año salió uno buen latino y buen poeta, el qual tiene espantado todo el pueblo; y este año con otros estudiantes fué a oír artes. Procúrase de exercitarlos en praeceptos, y muy especialmente en hablar latin, haziéndoles decir las sentencias de los libros que oyen, en latin y amplificadamente delante los maestros; componen epigrammas y orationes, así en prosa como en uerso, y estas largas para [a] conclusiones o reparationes generales de cada mes, conforme a la orden de los estudios; para lo qual se procura de leerles buenos libros y poetas, a quienes puedam imitar. En maiores se lee Lucano y unas epístolas de S. Hierónimo selectas

a *Del.* reparationes.

agora en Córdoba por los nuestros. Ultra desto, la quantidad y arte uersificatoria, sin los exercitios de hablar y componer. En medianos se leen las familiares de Cicerón, con Ouidio de Tristibus, y la sintaxis. En menores, unas selectas de Cicerón con los rudimentos de grammática. [*Preces postulat.*] De Occaña a 12 del mes de Henero de 1561.

D. V. P. indigno hijo y mínimo en el Señor.

Por comissión del P.e Carrillo, rector.

Joseph [1].

Sigilli vestigium.

473

P. LEONARDUS MASERUS

BILLOMO 13 IANUARII 1561 [2].

1. *Epistulae ratio. Scholasticorum frequentia. Bona indoles.* — **2.** *Litterariae disputationes cum laude habitae. Comoedia exhibita.* — **3.** *Quidam socius in clericorum magno conventu contionatur.* — **4.** *Guilelmi Pratensis erga Societatem benevolentia et liberalitas. Moriturus animi constantiam patefecit. P. Hieronymum Bassium absentem desiderat; qui tandem ad mortem usque ei adest. Testamento Societati legavit, quae sufficerent ad tria collegia stabilienda.* — **5.** *Concursus ad sacramenta.*

1. ✠ Ihs - Pax Christi. etc. [*Epistulae ratio ac divisio.*] Auditorum frequentia ea semper est, vt si vnum vel alterum ex superioribus ordinibus demas, potius de augustiis scolarum, quam

---

[1] In catalogis huius collegii ann. 1560 (ut videtur), 1562, 1563 recensetur Ioseph Guimerá, de quo in catal. anni 1560 dicitur: « El hr.o Joseph Guimerá, de Valencia [*intellige* del reino de Valencia, *nam ex aliis catalogis constat eum esse ex* Villarreal dioeceseos dertusensis], de veynte y vn años, seys años [de Compañía], lector de gramática de medianos, [habilidad] mediana. special para letras humanas, y tiene principios de griego: dos años [de votos], el curso de artes ». In cod. *Tolet. 12.a*, f. 123.

[2] Ex origin., ut videtur, in cod. *Gal. 53*, ff. 168. 169; prius 452. 453 (315. 316), in paucis locis a Polanco emendato, cuius emendationes in annotationibus damus, notatis in textu verbis a Polanco deletis aut mutatis, litteris inclinatis.

de [a] imminuto ingeniosae juuentutis numero videatur esse conquerendum. Omitto optimorum iuuenum, tum ad pietatem, tum in nos institutumque nostrum quam maxime propensos animos. Quibus aedes nostrae dudum refertae essent, ni rerum necessariarum non usquequaque supeditata copia angustiusque domicilium, vix ad nos capiendos aptum, obstitisset. In posterum tamen Dei Optimi ope potior (ut speramus) offeretur occasio, ut quemadmodum publico hoc docendi munere scolasticorum numerum exaugemus, sic domesticum, *iis quibus nostra Societas consueuit inuitamentis*, maiorem cumulatioremque reddamus; quod quam facillime posse fieri indicio est, iuuenum (quorum exiguus non est numerus) beneuolentia qua in suos sunt praeceptores, a quorum consuetudine et familiaribus colloquiis vix abduci possunt.

2. More huiusce scolae non multo post ferias diuae Magdalenes [1], publicae institutae sunt disputationes. Editis namque ex variis disciplinis assertionibus, iisque typis [b] mandatis, et harum exemplaribus in proxima oppida, eaque in aruernico agro celebriora (hanc enim in initio offenderamus consuetudinem) distributis, ut externos professores in concertationem prouocaremus; frequentes adfueruut, tum nobis amicissimi, tum doctrina commendatissimi. Si de theologia disputatio fuisset, R. in Xpo. P. Hieronimus [2] propulsator erat [c]: sin in eas, quas e variis philosophiae partibus prompseramus, agebatur, qui philosophiam profitetur, assertor erat ac deffensor. Maxima cum laude tum scolae, tum professorum, confectum est certamen. Antecesserat tamen comoedia, in qua plerique carminis elegantiam, alij argumenti subtilitatem, nonnulli personatorum venustatem admirabantur. Erat extructum theatrum, si non ut rei grauitas ferebat (erat enim de homine occultis insidiis demonis illuso, deque Messiae venturi promissis), at certe ut byliomei oppidi humilitas tenuitasque postulabat.

3. Tribuerat cancellarius claramontanus cuidam nostrorum [d] in illo omnium huius dioeceseos curionum conuentu orandi locum. Quo loco, quamuis nocte quae antecesserat, clarissimus

---

[a] te *ms.* — [b] typis *supra vers., eodem verb., obscure scripto, deleto.* — [c] *2 vv. praec. in marg.* — [d] *Del.* de.

---

[1] Dies 22 Iulii.
[2] P. Hieronymus Bassius.

episcopus excessisset e vita [1], eadem tamen illud canonicorum collegium in nos vidimus fuisse beneuolentia, qua fuerat dum antistes viueret. Etenim pari comitate ac familiaritate oraturum excepit, orantem audiuit, dicendi munere perfunctum dimisit. Quj huius scolae, quotque sint ordines, quos in singulis profiteamur scriptores ex horum omnium exemplaribus, quae ad te perferenda curauimus, cognoscere poteris [2].

4. Nunc ad preclara facta Guillelmi Pratensis, viri tum de probis omnibus, tum de nobis, hisce temporibus, quam optime meriti. Is enim nominis ac jnstituti nostri acerrimus propulsator fuit, affinibus ac plerisque aliis aduersantibus. Dum viueret, Lutetiae et apud Aruernos nostris domicilium sumptusque suppeditabat. Et ut eum natura, atque adeo supremus Deus, pietatis, liberalitatis ac demissionis animi ornamentis honestauerat [a], sic cum Lutetiae quomdam apud nostros coenaret [b]: « filij (inquit) mihi estis charissimi, meque patrem vicissim vestri omnium profiteor amantissimum: fratres mihi estis intimi, me quoque fratrem vobis esse opto ». Apud Aruernos primas tribuebat nostris: familiares nobilium congressus, adeunte aliquo nostrorum, dimittebat: nostrorum commendabat eruditionem: si quando dialogo uel poemate, opera nostrorum alicuius conscripto [c], recreabatur, id illi erat iucundissimum. Pronunciauit saepe sibi ipsi potius necessaria denegaturum, quam commissurum ut careremus unquam rebus ad victum cultumque uitae necessariis. Ea [d] fuit inter aruernos nostrorum, eo viuente, authoritas, ut foelices propemodum haberentur illi apud quos nostri agerent, quique possent illorum uti opera. In hac dioecesi sacerdotium nullus ante inibat, quam iudicium subisset censuramque nostrorum. Omitto scolae nostrae eruditionis doctrinaeque famam longe lateque propagatam. Haec, R. P., longeque plura sumus commoda consequuti ex huius clarissimi viri liberalitate. Quae quanto magis [e] diuinae prouidentiae confidimus, tanto minus eo mortuo putamus extincta [f]. Is igitur cum morbis obnoxium se videret, et perinde excessum e uita non longo temporis abesse interuallo, inque rerum affluentia constitutum: cumque supremo

a *Emend. ex* honnestauerat. — b coenaret *supra vers.* — c conscripto *supra vers.* — d Ea *supra vers.*, *del.* A. — e magis *supra vers.* — f *Emend. ex* extinctam.

[1] Obiit Guilelmus du Prat die 22-23 Octobris 1560.
[2] Haec exempla non vidimus.

iudice Deo, iis secus [a] distributis, rationem ineundam esse: dum valetudine utebatur integra, mensque suo vigeret cognoscendi officio, testamentum condidit, ut non secus atque optabat, ampla illa *suppellex* distribueretur [b]. Vsu tandem uenit, ut grauissimo, qui et interitum attulit, impediretur morbo, in quo ea fuit animi constantia, ut qui illi aegrotanti aderant, id tantummodo proloquentem audierint, se tanquam martirem (aliquanto enim spacio, antequam animum exhalasset, uehementius, languidum corpus ac prope extinctum vis morbi diuexabat) vitam cum morte commutare. Quo extincto, non [c] ea pompa funus efferèbatur, quam inter populares ditissimus Aruernorum episcopus requirebat; sed hinc nostri, inde qui vocabantur Minimi, insequebantur, perinde quasi filij funus patris comitarentur. Abierat per id temporis R. in Xpo. P. Hieronimus, literis vocatus clarissimi cardinalis Tournonensis, ut cum eo de collegio illo percelebri nostrae Societati adiungendo ageret, quod collegium ut sit nostrum, sola superest mittenda colonia [1]: quem idem amantissimus episcopus absentem conquerebatur: crebroque nunc literis, nunc nunciis de eius aduentu querebat. Id preter cetera significans, ut simul atque aduenisset, sese viseret. Quod sedulo a Patre nostro, cum Byliomum remeasset, effectum est. Neque enim eum deseruit quoad animam efflasset. Quem et extremo oleo sacro inunxit. In eo morbo, qui non admodum diuturnus fuit, narrabat Pr. uirum pietati deditum sacro eucharistiae pane sese quater [d] corroborasse. Nunc quae [e] illius in nos fuerit [f] liberalitas, quamque re comprobarit quod persaepe de suo in nos amore animique propensione dictitabat, paucis accipe. Societati nostrae bona ea testamento legauit, quae tribus collegiis *collocandis* [g], siue annuos commeatus, siue fabricae aedificationem spectes, abunde sufficiant; *quorum unum* [h] Byliomi: secund*um* [i] Lutetiae, terti*um* [k] in oppido moriaquensi. Pro fabrica nostri sept*ies* mill*e* [l] et quingentos aureos legauit; proque commeatibus annuis *mille quingentos* [m] hac lege tamen, ut *19* [n] pau-

[a] *Seq. del.* atque secus. — [b] amplae illae facultates distribuerentur. — [c] *Emend. ex* nom. — [d] quater *supra vers.* — [e] *Prius* quam. — [f] *Del.* indiscibilis prope. — [g] constituendis. — [h] primo. — [i] secundo. — [k] tertio. — [l] septem millia. — [m] praeter septingentos aureos, quos prius destinauerat, fere mille alios. — [n] 18.

[1] Mense maio 1561 missa iam illuc erat colonia (cf. *Polanci Compl.*, 1, 269) et die 25 Iunii nostri, veteribus magistris recedentibus, litteraria studia auspicati sunt. Cf. SACCHINUM: *Hist. Soc. Iesu*, p. II, lib. V, n. 190; FOUQUERAY: *Histoire de la Compagnie de Jésus en France*, I, liv. 2, chap. VIII.

perum nostri educationem suscipiant: ut Lutetiae collegi*um alind extruatur* [a], bis mille quingentos; pro fructibus annuis, mille ac trecentos, ea tamen conditione ut sex [b] pauperes alantur ac instituantur a nostris. Tertium est collegium quod apud moriaquenses esse uult: pro quo *condendo* [c] bis mille septingentos aureos *uult* [d] nostris tribui, annuos uero fructus ad septingentos aureos producit. Supellectilem quoque argenteam, qua in faciendo sacro utebatur, plerosque etiam libros nobis usuj futuros, ex sua bibliotheca nobis eodem legauit testamento: et quod eius in nos amoris argumentum est maximum, in nostro sacello sibi sepulturae locum statuit. Sed quoniam adhuc inchoata est fabrica, nec sacellum uel ad condenda corpora, uel ad reliqua obeunda, quae in loco sacro fiunt [e], est compositum, ad uernum usque tempus eius cadauer in summa aede oppidi Beauregard asseruatur, inde id temporis ad nos transferendum [1].

5. Tertium nobis propositae narrationis caput esse uidebatur, ut de horum hominum inter quos agimus, relligione pietatisque cultu ageretur: qua in re illud explicandum occurrit, crebras tum relligiosorum, tum secularium hominum fuisse confessiones: atque in dies opera confessariorum nostrorum [f] rudes ac pene obcaecatas hominum mentes, et nimia rerum diuinarum inscitia, erudiri adque pietatis cultum aptiores reddi. [*Preces postulat.*]

Ihs. Ex byliomea academia idibus Ianuarij, anno domini millesimo quingentessimo sexagesimo primo. Tuus indignissimus filius

Leonardus Maserus [2].

Inscriptio desideratur.

In margine. Bilion. 61.

---

a collegii edificium instauretur. — b sex *supra vers., deleto* septem. — c extruendo vel augendo. — d iubet. — e *Del.* adhuc. — f *In marg. add. Polanci manu* et verbi diuini praedicatorum vel lectorum.

---

[1] De Gulielmi du Prat in Societatem amore et liberalitate cf. etiam *Epist. PP. Broet...* 155; *Lainii Monum.*, V, 324-325; Fouqueray, l. c. 188 sqq.: Pra: *Guillaume du Prat évêque de Clermont.* Discrimen quod esse videtur inter diversos auctores circa pecuniae summam pro diversis collegiis relictam, forsan ex hoc explicatur quod alius francos, alius libras, alius denique aureos numerat. — Quaenam sacrificia offerenda, et quaenam preces ad Deum fundendae pro tanto benefactore Lainius praep. generalis sociis iniunxerit, vide sis apud Fouqueray, l. c. 191; Pra, l. c. 124.

[2] « Status Aquitanicae Provinciae 1566 » recenset epistolae auctorem inter sacerdotes non professos, et de eo dicit: « P. Leonardus Mazerus, Societati addictus anno 1550, vota emisit deinde: natus annos 32; patria italus, parmensis; doctus philosophiae et humanitatis ». (In cod. *Aquit. 9.* f. 11; prius 9).

474

P. RAPHAEL RIERA

LAURETO [13] IANUARII 1561 [1].

1. *Lauretanae domus donum eximium. Peregrinorum frequentia, praestantia, fructus et eleemosynae. Nostrorum cooperatio.* — **2.** *Nostrorum numerus et religiosa disciplina.* — **3.** *Societatis candidati. Acta in pago Monte Santo.* — **4-9.** *Smae. Virginis miracula.*

1. ✠ La pace e gratia de Christo. etc. [*Ex instituto, licet res sint prioribus similes, scribit.*] Tra gl'altri [a] nobillissimi donj, li quali il Sig.[r] ha concessi al genere humano, questo mi pare molto singulare e a tutti molto necessario che [b] ci habbia lasciato questa santissima camera della gloriosissima Vergine nella quale il verbo eterno si uestette della nostra mortalità [c] e conuersò con gl'huomini, non solamente per memoria della sua smisurata carità uerso di noi, ma anchora per lasciarci un pegno della eterna beatitudine: per tanto non senza misterio sole il Sig.[r] N. tirare i cuori de gl'huomini all'amor di questo santo luoco, e da po hauerli chiamati, li sole prima giustificare, e dopo impire di molti altri suoj santissimi donj, il che questi quattro mesi passati s'è uisto; perciò che da po li grandi caldi della estate è uenuta una grand' moltitudine di pellegrini alle cui confessioni è stato necessario attender di continuo per poterli spedir [d] presto con la loro desiderata consolatione. Tra questa così nobil e deuota moltitudine sono stati molti principi e signori d'importanza et alcuni Ill.[mi] e R.[mi] Card: e alcune signore molto nobile con le loro corti: alli quali tuttj eramo debitori uolendo sodisfare all'instituto di nostra Comp.[a] e alla loro diuotione e grande oppinione [e] hanno di quella: si confessorno adunque con grande loro sodisfattione dalli nostri

---

[a] *Emend. ex* gli altri. — [b] che *supra vers.* — [c] immortalità *ms.* — [d] *Prius* spedirli. — [e] *Syll.* ni *supra vers.*

---

[1] Ex origin. in cod. *Rom. 126 A*, 2 ff., nn. 108, 109. Est aliud apographum italum in ff. 106-107; et latinum. datum idibus ianuariis in ff. 104-105. Exempla itala diei notatione carent.

quanti potettero, e alcuni uolsero particularmente esser' amaestrati nella vita cristiana, del che quanta utilità n'habbia saputa cauare la diuina sapientia (che è principio, mezzo e fine d'ogni nostro bene) chi lo potrà esprimere? Questo pure in genere si può dire del [a] frutto delle cose di Loreto, che da po che la Comp.[a] è in questo s.[to] loco è grandemente cresciuta la diuotione per tutto, e particularmente uerso questa alma casa; e già si uiue molto meglio di prima. Si uede anchora esser' cresciute le elemosine e intrate di questo santissimo loco; esser ampliati li edifitij, riceuersi [b] ogni giorno molti presenti; e tra quelli, vigne, campi, oliueti e alcune intiere heredità [c]; acciochè sia tolta dal cuore degl' inuidi quella uana sospitione e falso giuditio, che faceuano dicendo che insiemi con noi era entrata in questo s.[to] loco la miseria, e che la Madonna non poteua alimentare tanta moltitudine: il che pure adesso si fa con augumento de tutte le cose di questa alma casa e con grande sodisfatione di quelli che a essa uengono. Li popoli e terre vicine già uiuono con più religione e santità di prima: trouono anchora, che li dà sodisfatione, quelli che d'altri paesi e regni lontani uengono, potendosi confessare e consolare nelle loro lingue e pigliar alcuna instrutione delle cose spirituale, oltre che alla maggior parte, massime di persone pouere, li è administrata etiam la elemosina corporale (che si sole dare in questo s.[to] loco) per mezo [d] delli nostri, del che ne uengono molti beni e particularmente che molte persone disperate si reuedono; altri inuiluppati in enormi uitij sono di continuo incitatj a lassarli e cercare da douero la propria salute con l'honor e gloria del commune Creatore. [*Rem aliquibus exemplis confirmat.*]

2. Le cose nostre priuate uanno con quel medemo ordine quale scrisse nell'altre a V. R. P. Siamo tuttauia in questo collegio alquanti più di 40; 15 sacerdoti, un maestro d'humanità, un'altro di grammatica, e il terzo che tiene cura [e] delli putti piccolj. Tutti l'altri (da pochi [f] in fuori che serueno de coagiutori) sono scholari di boni parti e uirtuosi, li quali insiemi con tutti gl'altri de continuo si essercitano non meno nello acquisto delle solide virtù, che delle letere; e così, si uede grande agumento d'esse in loro; hanno qui in casa tutte le cose molto ben ordinate, con tanta commodità delle cose corporale e spiri-

---

[a] *Prius* delle. — [b] *Praec. v. supra versum, deleto* ricieuerse. — [c] *Prius videtur scriptum* hereditadj. — [d] mezo *supra vers., deleto* mano. — [e] cura *add. in marg.* — [f] pochi *supra vers., deleto eod. v.?*

tuale, quanta lor stessi ponno desiderare per uiuere conforme al nostro instituto.

3. Tra molti li quali hanno fatto instanza d'esser accettati nella Compagnia in questo santo loco, se ne sono accettati cinque o sei alla probatione, delli quali tre di bona aspettatione si sono mandati a V. R. P. alli giorni passati, acciochè meglio fussero prouati in cotesta scola delle virtù: gl'altri si prouano al solito e danno di se alcuna espettatione. E perchè l'altre cose nostre si retrouano nel medemo stato di prima, lassarò di scriuere più alla lunga d'esse e dirrò qualmente alli giorni passati furno doi delli nostri a Monte Santo doue tutta una settimana forno molto occupati in confessare una gran parte di quel popolo, e confirmarlo nelli boni costumi, che già molto tempo per mezzo delli nostri hanno pigliati, e tutta uia seguitano con grande agomento di molta virtù e edificatione d'i prossimi: s'haueua da publicar all'hora quel s.[to] giubileo che S. Beatitudine ha concesso per il bon successo del sacro consilio oniuersale, il che facendo, fu tanta la motione delli animi che pare siano restati pochj che [a] non l'habbiano pigliato. Si diede ordine che in quattro altre ciese [b] fussero confessori per agiutarci, che si facesse per tutti quelli giorni publica oratione, digiuni, elemosine e altre opere pie, che da po d'essersi communicato il populo (quale è molto bene compartito in certe compagnie che chiamano confraternite) conuenisse nella ciesa principale e dopo la messa del Spirito Santo facesse una publica e diuota prociesione, il che insieme con molte altre opere bone si eseguì [c] a gran gloria del Sig.[r] e utile dell'anime.

4. Resta scriuere alcuni nuoui miracoli della glorisisissima [*sic*] Vergine a consolatione delli mei in Gesù Christo carissimi fratelli. Vn gentil huomo spagnolo uenne pochi giorni sono a questo s.[to] loco, e ci contò qualmente essendo lui retenuto in pregione per un caso che li accadette, e aspettando d'hora in hora la sententia di alcuna crudel morte, si ricordò della gloriosissima Vergine de [d] Loreto, alla qual posto in oratione fece uoto di uenirla a uisitare a piedi e senza uiatico, si per sua interciessione di tanto pericolo si potessi liberare: e così dopo fatto il uoto in spatio di tre hore fu del tutto liberato; ma per la troppo prosperità delle cose si smenticò della promessa. E così pochi giorni da po cascò d'un alto loco in sua casa e si fece

---

a che *supra vers.* — b *Emend. ex* giese. — c *Prius* è eseguita? — d *Prius* dell'.

solamente male a un piede. il quale dopo di hauer rinouato il uoto, miraculosamente li fu sanato: e non recognoscendo anche questo nouo miraculo. per singular prouidenza del Sig.[r] li accadette che hauendo un archebugio in mano in compagnia di molti altri con li quali tiraua al bersaglio, li crepò in mano senza danno suo nè d'altra persona: mosso lui de tante gratie a grande compuntione se ne uenne del mezzo della Spagna a [a] Loreto, come haueua promesso.

5. In le parte di Sauoia fu un architetto al qual accadette questo miraculo. Haueua finito di edificare un nobil palazzo e uedendo l'opera cascò dell'altezza d'un muro 170 cubiti, e diede sopra una forcina di ferro dalla quale fu grauemente ferito, tal che fu trouato tra le [b] pietre tutto quanto fraccassato e come morto: ma perchè cascando inuocò la Madonna di Loreto, fu miracolosamente agiutato; perciochè uedendosi abandonato da cinque medici e di ogn'altro humano agiuto, mai cessò di ricomandarsi col cuore al meglio che pottè: e così in pochi giorni si ritrouò talmente sano, che a piede se ne ueune a questa s.[ma] casa.

6. Vn altro dopo d'esser stato molti anni in mano di turchi posto tra molti affanni e lachrime fece uoto alla Beatissima Verg. di Loreto de uenire a uisitare questo deuotissimo oratorio, e così adormentatosi uidde li ferri spezzati e confortato si mes[se] [c] in uiaggio e senza impedimento alcuno se ne uenne a [d] Loreto.

7. Vn gentil huomo gaetano ci ha contato qualmente essendo lui in una pregione di Roma accusato falsamente d'un homicidio e già condannato alla morte. si confessò da un Padre della Compagnia ch'iui all'hora si ritrouau[a] [e] con eccessiuo dolore della sua disgratia, e essendo confortato da quel Padre di resignarsi tut[to] [f] nelle mani del Sig.[r] e racomandarsi alla Beatissima Verg., posto in oratione se li racomandò con grandissimo cuore, e hebbe una apperta uisione d'essa gloriosissima Verg: la quale li commandaua che stesse di bon animo, che presto sarrebbe liberato; e così per mezzo d'un sacerdote della istessa casa doue fu fatto l'homiccidio furno scoperti doi ch'erano li ueri mal [g] fattor[i] quali lui stesso uidde pochi giorni dopoi esser' giustitiati.

---

a *Prius* all'. — b le *supra vers., delet.* un muccio di. — c *Consumpta charta.* — d *Emend. ex* all'. — e *Consumpta charta.* — f *id.* — g mal *supra vers., delet.* doi al.

8. Vn grandissimo peccatore pieno di ricchezze e piaceri essendo una notte in peccati carnali si recordò della purità dell'immaculata Verg., del che gli nacque tanto odio di quel peccato e amore della castità, che posto ingionocchioni [a] nel istesso letto fece uoto alla beatissima Verg. di Loreto di uenirla a uisitare e confessarsi e emendar la sua vita, il che fece per mezzo d'uno delli nostri.

9. Vn marinaro di Sardegna ueniua in una grossa naue di Leuante, e arriuato che fu a Mileto, ch'è una antiqua città di Grecia non molto lontana di Rodi, fu assaltato d'una grandissima tempesta, a tal che nè poteuano pigliar porto, nè ardiuano mettersi a tanto risico di nauigare; sì che la notte di S. Andrea prossimo passato dopo grandissimi stenti trouorno che la naue faceua acqua senza poterci loro rimediare; all'hora posti tutti ingenoccioni uerso le sette o otto hore di notte con molte lachrime abbraciandosi e confessandosi l'un l'altro, fecero uoto alla Beatiss: Verg: di Loreto di uenirla a uisitare, se in alcun modo potessero campare tanto pericolo. Subito si sentettero tutti confortati e presero il battello e ueddero alla destra d'esso battello un grande lume il quale li and[a]ua auanti e seguitandolo sul principio ueddero la naue andare al fondo, e da poi (ó stupendo miracolo) in spatio di sei hore di mezzo di Grecia arriuorno in Ancona, doue gionti, subito disparue il detto lume, e loro ch'erano da trenta sei anime se ne uennoro all'Loreto. [*Preces postulat.*] Di Loreto alli [b] di Genaro 1561. Per comissione del N. R. P. Rettore [1]. De V. R. P. indegno in Giesù X.º figliolo

RAFAEL RIERA [2].

---

a *Prius* ingionochone. — b *Spatium vacuum in ms.*

---

[1] P. Oliverius Manareus.
[2] Vide *Litt. Quadrim.*, VI, 68.

475

MARCUS PELATIUS

FLORENTIA 15 IANUARII 1561 [1].

1. *Incolarum numerus. Disciplina religiosa viget. Urbis collusores a sociis corripiuntur.* — **2.** *Et inclusi carceribus et triremibus damnati ad sacramenta vitamque christianam incitantur. Cives promiscue, occasione praesertim iubilaei, ad confessionem et eucharistiam accedunt.* — **3.** *Pia opera cuiusdam sodalitatis.* — **4.** *Iuvenis ad rectam fidem redit.* — **5.** *Collegii benefactores.* — **6.** *Ingressi in Societatem.* — **7.** *Puellis derelictis et aliis christiana doctrina explicatur.*

1. ✝ Ihs. Maria. Pax X.[i] Molto R. in Xpo. P. [*Tarditatem litterarum et rerum exiguitatem excusat.*] Li fratelli che al presente qua stanno, sono cinque, vno de quali è Mro., perchè in questa cità sono più dediti alla mercantia che alle lettere; degl'altrj quatro, doj gline sono scolari, gl'altrj doj sono coadiutori. Li sacerdoti con il P. Rettor [2] sono cinque, et tutti tanto li fratelli, quanto li Padri molto diligentemente fanno gl'ufficij a loro impostoli per la s.[ta] obedientia, et non solamente nel'obedientia, ma ancora nell'humilità, patientia et altre virtù fanno non picolo profitto, et con grande diligentia et cura atendono alle mortificationi, domandando spesse volte mentre si cena fare delle discipline per asomigliarsi in qualche parte a X.[o] N. S. Et questo molto più li giorni passati circa la festa dell'Aepifania, nel qual giorno secondo il costume della Compagnia, sì da li P. come da li fratelli si rinouorono li uoti con grande diuotione et alegreza spirituale de tutti. Sogliono anchora li nostri alcuna uolta andando per la cità trouar' quelli che giochano alle carte, et s'ingegniano de rimouer' li tali da sì pestifero gioco, tal che molte volte lor medesimi danno le carte alli nostri per romperli in loro presentia, et per questo moltj dj loro temeno li nostri. Ma sono alcuni che non sono di così bon animo verso la Compagnia, che li danno la baia et dicono: « vogliamo fare a Pri-

[1] Ex autogr., ut videtur, in cod. *Rom. 126 A*, ff. 110-111: prius 62-63. Sequitur aliud exemplum in ff. 112-113.
[2] P. Didacus de Guzmán.

mera? dà qua le carte, giochiamo un poco»; et fano vista di giocare. Et al manco sene caua questa utilità, che gl'altrj che vegono, cognoscono che molto ci dispiace il gioco. Questo è quel tanto che ci occorre dire a V. P. de quelli de casa.

1. ✝ Iesus Maria. — La gratia e pace del Saluator nostro X.º Iesu sia sempre con tutti. Amen — Molto R.do in Xpo. Padre osseruandiss.º [*Scribit ex officio.*] E prima quanto tocca al profitto nostro spirituale (perchè malageuolmente aiuta altro collui che non è buono per se) tutti se sforzano di crescere nelle virtù; et in segno di questo domandorno, tanto li Padri, quanto li fratelli con grande instantia, penitentia al Padre Rettore [2], per li difetti commessi contra le regole et constitutioni, et l'hebbero: il che molto si consolorno, l'uno uedendo l'altro (et maxime li Padri) fare tanto allegramente le loro penitentie; fra i quali c'era il Padre Carlo [3] tutto biancho per la uecchecza, et ancho il Padre Rettore fece la sua. Questo Natale hanno rinouato li uoti loro. Di qua uiene che sono poi più atti all'aiuto del prossimo, il che s'ha dimostrato in questo aduento; perchè doi sono andati ogni domenica a domandare elemosima per li poueri vergognosi et carcerati; alli quali hanno non solo dato il cibo corporale, ma ancho il spirituale facendo alloro essortatione spirituale, et li confessorno quasi tutti; della qual cosa ne restorno tutti edificati. Oltra di questo s'aiuta il prossimo non puoco con le continue prediche et lectione de doctrina christiana; alle quale sempre cresce l'auditorio; et oltra delle

---

[1] Ex autogr. ut videtur, in cod. *Sic. 181 - Sic. 182*, ff. 177-178; prius 137.
[2] P. Petrus Venusto.
[3] Videtur intelligi P. Carolus (de Valentia) neapolitanus, de quo in catalogo huius collegii, ineunte anno 1564 ut videtur, scripto, dicitur esse 64 annorum (Cod. *Sic. 59* n. 204). Idem erui potest ex catalogo provinciae siculae anni 1567, in quo unus invenitur P. Carolus, nimirum, P. Carolus de Valentia neapolitanus aetatis 67 annorum. (*Ibid*, n. 163).

prediche di nostra chiesa, si predica ancho a vno monastiero de monache, le quale sonno ridutte a tanta osseruanza della loro regola, ch'è cosa per lodare Iddio. Il numero di penitenti ua crescendo, et Dio sia lodato, sempre ni seguino buoni effetti; perchè alcune persone hanno fatto ristitutione non di puoca ualuta; et altri ridotti a migliore stato di uita: et altri hanno confessato peccati, li quali in tutta la loro uita mai confessorno, comunicandosi con quelli. Pare che quando uengono alla nostra chiesa, piglino animo et il diabolo perde le forze; s'hanno ancho fatto confessioni generale assai, con molto aiuto delle loro anime.

2. Quanto tocca alle schuole, sonno tre; et in ogn'una buon numero di scholari; et si sforciano li maestri di dì in dì acciò diuentano uirtuosi et dotti, et se vede non puoco profitto. Questa festa di santo Sebastiano, per esser il titolo di nostra chiesa, nella qual habbiamo, oltra le altre reliquie, vno bel pezzo d'osso di detto santo Sebastiano, et per questo ogn' anno si fa vna bella processione publica vscendo di nostra chiesa con dette reliquie tutto il clero et conuenti et confratie et populo; nella qual chiesa il vicario della cità con tutto il clero cantorno vespro et messa; et li maestri facorno uersi alla porta, composti in honore di santo Sebastiano, et il maestro della rettorica recitò una oratione in honore del santo; la qual fu molto accetta, sì per esser dotta, sì per il bel modo ch' ha questo fratello in recitare.

Quà al presente siamo duodeci, 4 sacerdoti; 3 maestri; uno schuolaro et 4 per li seruitij di casa, li quali Dio gratia tutti stanno bene.

3. Mi resta auisare V. R. P. del frutto del colleggio di Calatabellotta, per esser membro di questo collegio, nel quale stanno sette persone, 3 Padri, 3 maestri et vno per li seruitij, delli quali molto se ne serue Dio nostro Signore, perchè oltra che tutta la terra ne resta edificata, per mezo d'uno de fratelli s'ha fatto una pace non di puoco momento, et ha ridotto li doi capi alla confessione; il medesimo hanno fatto con vno ch'haueua tale inimicitia, ma con Dio, che mai voleua andare alla messa, et adesso ua alla messa et si confessa, laus Deo. In questa Natiuità del Signor nostro hanno hauuto molte confessione, più de 300; il che è cosa rara in quella terra; fra i quali fu il S.or Ducha [1]. Il concorso alle prediche ogni dì cresce; uanno li nostri

---

[1] Videtur indicari Petrus de Luna, Bivonae dux.

a piscare per le piazze e sempre fanno captura, intanto ch' alle uolte ne menano 15 a confessare insieme alla chiesa. Li scholari uanno bene, et oltra li continui ricordi che li danno li maestri ogni giorno, le feste, doppo pranso, uno di loro sempre lege a quelli alcuna cosa spirituale.

Di Biuona alli II° di Februaro 1561.

Di V. R. P. figliuolo et seruo indegno. Per commessione del Pe Rettore.

PIETRO BELLONIO [1].

490

GASPAR CANTAGALLINIUS

SENIS 9 FEBRUARII 1561 [2].

1. *Collegii incrementa. Media ad religiosam perfectionem promovendam adhibita.* — **2.** *In rei familiaris angustiis divinum auxilium experiuntur.* — **3.** *Viduae cuiusdam beneficentia.* — **4.** *Patris rectoris in animarum salutem labores. Cantus suavis cives ad templum allicit.* — **5.** *Scholarum status et litteraria exercitia.* — **6.** *In carcere detenti mores in melius mutant.* — **7.** *Concursus ad sacramenta. Fabri cuiusdam virtus laudatur.* — **8-9.** *Florentina ducissa collegio opitulatur, praesidique urbis commendat. Cives apud ducem pro collegio intercedunt.*

1. ✝ Ihs. Maria. — Gratia et pax Xi semper animis nostris insideat [*Breviter scribere conabitur.*] Paucis ante mensibus decem numero fratres collegium hoc senense incolebant, scholasticorum uero dumtaxat quatuor in presentiarum facta est accessio, maiorem propediem fore omnes laboramus, speramusque. Ex his nempe tres sunt sacerdotes, praeceptores duo, quos octo

[1] Vide *Litt. Quadrim.* VI, 831.

[2] Ex apogr. coaevo in cod. *Rom. 126 A*, ff. 118-119, prius 2-3. Aliqua emendata sunt ab scriba, alia a Polanco. Huius emendationes in annotationibus exhibentur, retenta in textu prima scriptione. Deleta in textu, italicis litteris notamus.

discipuli sequuntur, una cum coadiutoribus duobus, quorum profecto nemo non prospera fruitur ualetudine, animique tranquillitate. Inde fit, ut pro se quisque doctrina, labore, precibus, proximo praesto esse studeat; nec non industria sua, quoad eius fieri potest, [eum] a scelere et ab incoepto perperam cursu ad salutem reuocare. Omnes qui hic degimus, faesto diui Thomae ad uberiorem gratiam ex thesauro diuino depromendam, qua Christi consilia atque iniuncta nobis munia ab obedientia facilius exequamur, generali nostrorum peccatorum confessione instaurati sumus; supplices deinde uota diluculo alta uoce repetiuimus, praeeuntibus tamen orationibus, corporisque castigatione. Opinor fore, ut P. T. non mediocri afficiatur gaudio, si, quibus nos proxime studijs exercuerimus, breuiter significauero tibi. Visum est P. Rectori [1] ante Christi Domini nostri natale aliqua spiritali exercitatione ad fratrum uitia, si qua sunt, extrahenda uti. Eductis itaque sortibus, quem quisque sortiebatur, habebat in suggestu uerbis castigare, eius defectus leniter, asperеue, prout cuique uidebatur, detegendo, reliquis accumbentibus. Vt autem ad hoc agendum tum facilior, tum expeditior aditus pateret, a singulis singuli fratres, quibus id negocij erat iniunctum, inquirebant, scrutabantur, omnibusque uestigijs indagabant peccata, culpas, ignauiam fratris [a] obiurgandi: quare ea adhibita fuit diligentia, ut fucosa omnia et desidia infecta, pronunciata publice fuerint, nulla [cui]usquam [b] habita ratione. Atqui ne scandalum subsequeretur aliqua imprudentia, antequam in concionem ascenderetur, iusserat Pater sibi chirographum afferri, ut si qua reticenda commutandaue essent, litura tollerentur. Vnde imposito reprehensioni fastigio, ultro citroque ambo amplexantur, porrigitur obiurgatoria schedula conuitio honesto uerberato, ut suo commodo perlegat eam, admonita caueat; sic ordine succedebant reliqui donec incepto impingerent coronida. Ex qua re compertum habeas, quam maxime colende Pater, non solum a cunctis maximam consolationem perceptam, sed plurimum quoque emolumenti haustum [c]. Unus etenim quisque iuxta beati Apostoli sententiam [2], ueteri homine deposito, nouo uidetur indutus, quando salutis initium a peccati

---

a fratris *supra vers.* — b cuiusquam *add. in marg.* — c *Prius* exhaustum.

---

[1] P. Hieronymus Rubiola.
[2] Cf. EPHES. IV, 22.

notione pendet. Praeterea minime desunt qui in triclinio flagellis caeduntur, qui sui ipsius contemptu, qui pijs coeteris studijs, quae a Societate nostra adhiberi solent ad maiorem Dei gloriam fratrumque progressum, signa probitatis mirae, humilitatis, obedientiae quotidie prae se ferant, nec non in regularum obseruationem, quae cuique nostrum cordi maxime esse debet, omni diligentia incumbunt. Laus Deo omnium bonorum authori.

2. Quod ad rem familiarem attinet, id perhibere ualemus, Maiestatem diuinam nunquam nos [a] destituisse, quin in primis fuerit nobis diuina sua opitulata gratia, deinde re, uictum suppeditando, et alia cuncta quae spectant ad conseruationem corporis. Eoque magis aeterna Prouidentia elucet, quamuis omni tempore appareat immensa; cum nullum enim uectigal preter triginta aureos nummos annuos huic Collegio reddatur, nihilominus tamen re ipsa confirmare licet nec uestitum nec uictum unquam nobis defuisse. Quamobrem dictum illud: « Nihil habentes, omnia possidentes » [1], non mentiri, nemo nostrum non uidet. In paupertate itaque laeta (quae quidem si laeta, habenda non est amplius paupertas) uitam traducimus, ita cum illa bene conuenimus, ut iam quodamodo uideatur [b], ut sic loquar, nos quasi fides defecisse; cum etenim fides sit eorum quae sub aspectum non cadunt, in senensi collegio inter omnes constat, et fere oculis cernimus diuinam adesse Prouidentiam, omnibusque non sibi, at benignitati eius confidentibus uehementer suffragari.

3. Eleemosinae quae nobis interdum in [c] summa indigentia uersantibus exhibentur a quibus praecipue minime putaramus, ita opportunae existunt, ut nihil supra. Ex omnibus qui benigne nobis faciunt, animaduertimus mulierem uiduam insignem sanctimonia, pietate ac peculiari cura in hoc collegium affectam, in Societatem deque nobis bene meritam, quam qui maxime. Auderem ferme affirmare maiori ipsi nostra curae esse, quam nobis ipsis; haec suas fortunas collegio impertit cum iam suppellectile totam domum [d] ornauerit. Ad hoc accedit quod statutum habet animi nostri [e] gratia fundum mercari; ante obitum uero suum omnium bonorum collegium haeredem se scripturam testamento confirmauit [2]. Non secus ac alteri in animo est

---

a nos *supra vers.* — b *Emend. ex* uidetur. — c in *supra vers.* — d domam *ms.* — e nostri *supra vers.*

---

[1] Cf. II Corinth., VI, 10.

[2] Ad hanc piam feminam videntur referenda, quae habentur in antiquo ms. sub hoc titulo: « Historia del Collegio di Siena ». « Dopo un'anno ò doi che

centum aureos nobis legare: fiat uoluntas Dei quem penes [a] coelum est terraque.

4. P. Rector tot tantisque curis distinetur (nam basilicam habere uidetur), ut uix aliqua diei pars, cum non admodum se respiciat, otio concedere ualeat: accersitur saepius ad paces componendas, confessiones aegrotantium procerumque interdum excipiendas, ciuium lites dirimendas; cuius opera multi reconciliata gratia, in pristinam beneuolentiam rediere. Diebus dominicis ac faestis sub uesperas concionatur, et cum bene magna concionem auditum confluat caterua, tum aequissimis auribus auditorum utitur. Nuper in aliquot dies uesperae (deposito quodam sono quasi lugubri, quo prius utebamur) coeptae sunt recitari modulatione dulci, cum adsint musici. Hinc coniectura facilis est hoc melos apprime omnibus arrisisse: quoniam familiares quidam nos adijerunt id comprobantes, et ita se uesperis intentos esse fatebantur, ut prae nimia suauitate, cum sibi ferme in coelis angelorum cantui adesse uiderentur, ullus precibus locus nequiret [b] relinqui. Alij se malle pane non uesci, quam huiuscemodi priuari melodia, dicere non dubitabant. Sed quando faesta defluxerunt, hoc postposito cantu, concinere duntaxat more, ut uulgo nuncupatur, gregoriano [c], sumus auspicati.

5. Duae hic classes tantummodo aperiuntur; in una rhetorica, Horatius, Ciceronianae orationes una cum grammatica graeca praeleguntur; in altera grammatices praecepta, Virgilius, Tullius de Amicitia; et cum multitudo puerorum perampla existat, duobus fratribus tanquam hyppodidascalis res est cum abecedarijs primaque erudimenta imbibentibus. Pater tametsi N. Prouincialis [1], qui proxime huc *attigit* [d], cuius aduentus omnibus gaudij cumulum attulisse uidetur, alium ludi magistrum a P. T.

---

a penes *supra vers.* — b *Prius* nullus... quiret. — c gregoriano *supra vers.* — d venit *Pol.*

---

la Compagnia fu in Siena Madonna Frasia Orlandina moglie del q[uondam] Capitano Geraldo Saracenj, comminciò à frequentare la nostra chiesa, et agiutò molto il collegio nelle cose temporali, sendochè per molti mesi diede carne per tre giorni la settimana, diede quasi tutte le masseritie per la cucina et rifettorio; diede molta biancheria et paramenti per la sagrestia, et finalmente si prese cura di tenere finito il collegio di biancherie à tal che il collegio come à singolare benefatrice se li truoua molto ubligato ». In cod. *Rom. 126*, f. 258.

[1] P. Petrus de Ribadeneira. Legi potest epistula quam Ribadeneira scripsit ad Lainium die 29 Decembris 1560. Cf. *Ribadeneira*, I, 347 sqq.

se cito petiturum dixit. Scholasticorum numerus, qui lectionibus audiendis sunt maturi, potius mediocris apparet, quam amplus: spe tamen ducimur in dies auctum iri, quando quidem bene moribus compositis se exteris [a] prebent exemplar. Haud desistunt singulis quoque mensibus, sicut in more positum est, sua peccata sacerdoti aperire, grandiores uero natu saepe accedunt ad sacrum eucharistiae sacramentum humili animo sumendum. Habentur praeterea in nostris scholis disceptationes, affiguntur que diebus ueneris rhetoricae assertiones: studijsque hisce mirum in modum discipuli ad humaniores litteras amplexandas inflammantur: ideo eo magis datur opera, ne ulla intermissio nostri fiat officij. Calendis Nouembris de sapientiae laude orationem pronunciauimus in schola instructa peripetasmatibus *praesentibus extraneis* [b]. Postulatum non multis diebus ante ab humanitatis legisque professoribus fuit, ut quid grec[i] [c] in publico gymnasio enuclearetur; ea re decreuit Pater Rector magistrum Joannem Maiorium [1], adm[odum] [d] in graecis litteris uersatum, hunc subire laborem. Pridie igitur iduum Nouembris aristotelicam rhetoricen cum auditorum applausu inchoauit. Nec debet ulli mirum uideri, si post aliquot hebdomadas omissa fuerit lectio de sententia P. Prouincialis: absentia enim magistri Joannis non poterat prorsus nostrae classi, cu[i] malumus, ut tenemur, satisfacere quam paucis alijs morem gerere, non esse in aliqua parte detrimento. Quamobrem omni culpa haec cessatio caruit, nam ad tempus quasi quid euenerit prospicientes, suscepimus prouinciam. Nostri scholastici exercentur crebris declamationibus habendis: aliquando ex improuiso latine concionantur inter coenandum.

6. Inuisuntur saepius in carcerem conjecti; et hos, uerbum Dei aperiendo, tum recreare, tum a uitae curriculo obliquo retrahere diligentissime studemus; id consequi uidemur, cum omnes uno [e] ore protulerint praeter hanc conciunculam alio nihilo releuari. Non modo a carceris custode mihi fuit relatum, sed ab ipsis etiam captis accepi, se omnes quotidie genibus flexis laetanias coronamue, uel aliud generis huiusce pie recitare lucente lampade [f] prae altari. Nil aliud ibi antea audiebatur, quam obtrecta-

---

a *Prius* externis (?). — b *Duo verba praec. deleta sunt.* — c *Consumpta charta in fine versus.* — d *Consumpta charta.* — e omnes uno *supra vers.* — f *Prius* lampada.

---

[1] Ioannes de Maioribus. Cf. *Litt. Quadrim.* VI, 484.

tiones, obscena dicta, ac in ijs uolutabantur, quibus nullum inter custodiam et lustrum discrimen esse uidebatur. Ad pauperum hospitia quoque duo fratres ad consolandum infirmorum coetum, perorata concione, dirigunt iter; qui graui morbo affecti familiari colloquio resipiscere uidentur.

7. Nunc ueniamus ad alia. Complures utriusque sexus crebro ad nostrum fanum confluunt, quo sacramenti *altaris sumptione* sua crimina deleantur [a]: singulis 8 [b] diebus alij, uel saltem decimo quinto quoque die angelorum sanctissimo pane refici solent. Qui uero longius in spiritu uidentur prouecti, positis omnino in minimis caducis, quotidie communicant. Impresentia satius esse reor a laudanda [c] probitate aliquorum qui se obedientiae credidere supersedere [d], quam de ea scribere parce; sat commemorare opinor unius uirtutem omnibus fortasse communi opinione praestantis: optimis etenim quibusque ad beate uiuendum aspirantibus in ipsum unum oculos conijcere licet. Quanquam obscuro loco sit natus, nam faber dicitur, ueruntamen admirabilem prae Dei conspectu preciosumque ducimus. Pretermitto modo humilitatem eius, quae maxime egeret narratione, sed dumtaxat promptissimam obedientiam significandam P. tuae putaui; in qua adeo infixus uidetur, ut qualiacunque quamuis perardua, hilari animo subire minime recuset [e]. Accidit quadam die, mirabile dictu, quod duos panes dederat emptori, quasi recte, ne sentiret Pater Rector, a quo uetitus erat ne exiguum [f] quidem munus, nedum magnum afferret ad collegium. Id uesperi, sicut fert consuetudo, Patri nunciatur, mane *ludibrio* fabrum biduum edere *negat* [g], decedit laetus; biduo ita inediam sustinuit, ut nihil sumpserit cibi, sed nequidem aquae guttam degustauerit. Et hoc grauiorem inediam fuisse constat, quo corporis ingratus labor extiterat diuturnior: conductus enim a primo mane ad supremum usque solem assiduo defatigabatur labore [h]. Ecce biduo post Patrem reuisit bonus uir, penitentiam refert, quae longe maior fuit culpa, prout potuit se egisse. Hanc simplicem obedientiam admiratus Pater e uestigio discolorem ac titubantem *comesum* [i] ire iubet. Alias reficiente ipso fastigia tecti, delapsum est saxulum quasi scrupulus, forteque fortuna

---

a sacramento confessionis... deleant. *Pol.* — b 8 *supra vers.* — c a laudanda *add. Pol., sed videntur necessaria ad sensum complendum.* — d *Del. in fine vers.* quam. — e *Prius* recusaret (?). — f exiguum *add. Pol., deleto alio verbo, quod legi nequit.* — g quasi ludens... non edere iubet *Pol.* — h *Emed. ex* dolore. — i ad comedendum *Pol.*

apparitorem uiatoribus stipatum suboffendit; et hic furore captus fabrum illico descendere iubet, cui bene quidem barbato offerenti se illi, acriter ei insultando uellebat barbam; ille furere, hic insons aequo animo probra, conuitia, contumelias perpeti; ille minacia proferre uerba, hic Deum rogitare ut asperrimo conuitiatori crimen condonaret. Ingenti hic flagrat desiderio Societatis, ad quam si caelebs esset, nulla mora aduolaret; quandoquidem filius eius adhortatione impulsus hanc, uno forte abhinc anno, est ingressus. Minime id tacirtunitati [*sic*] *concedam* [a]. Isthuc se filium conferentem, iter unius diei comitatur, postera die discessione dirimunt societatem, sed cum uix pater prae nimio Vrbis desiderio iter supprimere posset, prostratus tandem in coeno forte ad filii pedes, supplex benedictionem petit: Da, inquit, fili mi, benedictionem mihi tuam, tu enim iam in Christi seruis numeraris, ego uero sordes mundi sum. Qua re hinc inde lachrimis genibus curuis alter ab [b] altero benedictionem postulat. Plura de homine auribus digna commemoranda essent, nisi studerem breuitati. Sat reor fore id unum de ipso perhibere, ea esse probitate, animi humilitate, obedientiaque, ut neminem, quantum iudicium facere fas est, in hac ciuitate *[Narrantur aliquae peccatorum conversiones, quas omittere satius visum est.]*

8. Cum extremam quasi manum his literis imposuissem, minime reticendum uidetur, quod euenit noui. Dux florentinus una cum coniuge sua [1], post Roma discessum, sunt hic Senis ad uigesimum diem commorati. Inuisit continuo Pater ducem, quam totos dies obseruare oportebat, ut sibi ad eam aditus, qui quidem in initijs difficillimi erant, darentur. Introducitur tandem, ineunt colloquia, interque loquendum ea beneuolentiae signa prae se tulit, ut maxime animata in Societatem uideretur. Pater etenim Rector *tam maxime* [c] in ipsius gratiam uenit, ut ipsi obseruatores *autumabant* [d] ducem uno omnium Patre familiarissime uti. Vnde saepius petentem ipsum [e] facultatem se domum recipiendi, cum in aula stetisset diutius, abire amice negauit: quoniam non mediocri uoluptate afficiebatur propter circumspectam orationem Patris, cui semel serio dixit inter om-

---

[a] taciturnitate praeteribo *Pol.* — [b] ab *supra vers.* — [c] adeo *Pol.* — [d] dicerent *Pol.* — [e] *Videtur prius scriptum* petenti ipsi.

---

[1] Cosmas de Medicis et Eleonora de Toledo.

nes omnium gentium constare religiosos Societatis nostrae omnibus probitatis exemplum esse. Multa missa facio de Societatis laude dicta, *cum impeditum sit se ipsum laudare.* Praeterea *sex et triginta aureos nummos* [a] exhibuit huic collegio ad oleum, frumentum, lignaque coëmenda. Ultroque sese obtulit atque pollicita est, se aliquid praesidij hoc primo uere nobis donaturam; et proficiscens Pisas poposcit a Patre nostro, ut uel Florentiam, uel ubi gentium fuerit, adeat illam, cum aliquid opus fuerit.

9. De domo autem stabili habenda, quid dicam, cum [b] nihil adhuc certi sit statum, incertus sum. Spes tamen optima est; nam ipsamet coram Patre delegauit vrbis praesidi ut curae max.ae hoc negocium esset, eique uehementissime nos commendauit [1]. Praeter haec frequens habitus est senatus quadam die, deque re nostra transigenda retulit, utque quam primum id ad exitum perduceretur, ex magistratibus quatuor grauiores, prestantioresque Duci supplicarunt, atque eo studio, quod diligentissimum esse potuit, petierunt ne grauaretur decem duodecimue aureos in singulos menses [c] nobis *reddere ad sustentandam uitam* [d], confirmantes Societatem cum utillimam [e], tum necessariam [f] esse. Ad id hoc amplius accessit, eum gratissimum facturum toti ciuitati, id si effecerit; quibus benignissime respondit se eorum causa nobis opem allaturum. Res est in herba; faxit Deus [g]. [*Preces postulat*].

Senis quinto idus Februarij M. D. LXI. Ex mandato Patris Rectoris. T. R. P. indignissimus seruus in X.o

GASPAR CANTAGALLINIUS [2].

Desideratur inscriptio.

---

a [mag]nam pecu[n]iae summam *Pol.* — b cum *supra vers.* — c menses *supra vers.* — d assignare *Pol.* — e utillissimam *Pol.* — f summe necessariam *Pol.* — g quod gratissimum ipsi futurum est. *Pol.*

---

[1] Paulo post Iacobus Mignanellus, grossetanus episcopus, templum Sti. Vigilii eique adiunctam domum collegio precario donavit, quae anno 1567 in collegii proprietatem transierunt. Cf. *Lainii Monum.*, VI, 432, 491, 500; *Polanci Compl.*, I, 650; II, 680, 694. SACCHINUS (*Histor. Soc. Iesu* part. II, lib. V, n. 119) dicit hoc anno 1561 templum domumque Sti. Vigilii concessam esse collegio ab episcopo grossetano.

[2] In cod. *Rom. 169* annotatur ejus ingressus in tirocinium romanum die 27 Februarii 1557. Exstat autogr. votorum Romae emissorum die 4 Martii 1557. Obiit in patria (Perusia) anno 1565, ut habetur in cod. *Hist. Soc. 42,* f. 3.v

491

P. CAROLUS GRIM

VINDOBONA 14 FEBRUARII 1561 [1].

1. *Sociorum valetudo. Mutationes. P. Auer Commendoni legati socius. Sacerdotes occupationibus obruuntur. Plures desiderantur.* — **2.** *Scholastici in litteris et moribus proficiunt.* — **3.** *Civium ad sacramenta concursus in dies augetur. Gregorius Rosseffius pro P. Auer concionatur. Laborum fructus.* — **4.** *Difficultas inveniendi domum collegio novo et convictui. Domestica quaedam.* — **5.** *Cives viennenses erga socios melius affecti. Pauca de religionis statu Vindobonae et in circumiacentibus oppidis.*

1. Ihs. Gratia et pax Christi repleat corda nostra. Quod ultra tempus iniunctum mihi scribendi offitium intermiserim, causa fuit quod iam ab aliquo tempore aduersa ualetudine usus fuerim, affligente me graui tussi, a qua quidem, etsi non ex toto, maiori tamen ex parte sum liberatus: laus Deo. Reliqui omnes Patres ac fratres prosperae satis sunt ualetudinis. Quid interea temporis in collegio gestum sit, perstringam breuiter. Non dubito enim quin omnia quasi iam a R. P. Rectore ad R. P. V. sint perscripta. Ad instantiam episcopi ac legati Comendon [2], annuente etiam caes. M. [3], D. Lambertus [4] cum illo ad principes Germaniae profectus est. Ne tamen interea uacaret lectio theologica, aut ab alio occuparetur, D. Christianus [5] ultra suam lec-

---

[1] Ex autogr. in cod. *Germ. 139*, f. 60; prius 15. Epistula non est quadrimestris, ut ipse auctor circa finem innuit. Ita potuit in ea quaedam scribere, quae in litteris quadrimestribus omitterentur. Sed quoniam in ea dicuntur multa litterarum quadrimestrium propria, et litterae quadrimestres vindobonenses huius temporis desiderantur; eam in lucem edere decrevimus.

[2] Ioannes Franciscus Commendone, Zacynthi episcopus, ad Germaniae principes a Summo Pontifice pro rebus concilii tridentini mittebatur. Cf. Pastor: *Geschichte der Päpste*, VII, 170 sqq.

[3] Ferdinandus.

[4] P. Lambertus Auer. Cf. *Lainii Monum.* V, 433-34.

[5] P. Christianus Rivius. *Ibid.* 434.

tionem, et D. Lamberti suscepit ad tempus, aut ad [a] reditum D. Lamberti usque [b], et ut commodius illuc [*sic*] praestet atque satisfaciat, ab omnibus reliquis liberatus est offitijs; licet cum incommoditate nonnulla collegij. Cum enim pauci hic sint sacerdotes, et ampla interea messis, alij ex hoc plures labores participant; quae quidem onera, etsi quoad fieri potest mittigentur, multa tamen quomodo honeste ab humeris nostris excuti possint, non uidemus. Illi duo nostri theologi, D. Lambertus et Christianus, cum debiles satis sint, indigerent sane tertio theologo, ne si quando unum contigeret per debilitatem deficere, ut interea alius illius suppleret locum. D. Lambertus, spero, non parum iuuabitur in isto itinere, et speramus illum fortiorem reuersurum: multis est hic acceptus et charus, et suspicitur a multis propter singularem illius in conuersando gratiam, atque doctrinam, nec facile hinc remouendum censerem ad alium locum. P. rector [1], etsi legere in vniuersitate possit, atque legendo omnibus etiam placeat, tamen collegij atque alia diuersa negotia uix admittunt hoc; imo parum admodum temporis habet, quod aliquando iuuandis hispanis tribuere propter negotiorum multitudinem possit. Vnde saepe, sicuti adhuc, desideramus sacerdotem aliquem hispanum, qui in audiendis hispanorum confessionibus operam suam locare possit, cum certe hispani maiori ex parte nostrum templum exornent [c], promoueant atque germanos ad pietatem similiter excitent. P. Cornelius [2] qui omnium Patrum et fratrum est confessarius, atque templi praefectus, satis negotij habet, ut ista duo bene administrare pergat. P. Dauid Eckius et P. Thomas, bohemus [3], soli germani sunt, qui ita quotidie in audiendis confessionibus, tum in uisitandis infirmis distrahuntur, ut uix lectiones illas theologicas duas in vniuersitate audire queant. Ego quidem subinde in templo iuuo, tamen offitij mei ratione [4] saepius auocor. Sunt

---

[a] ad *supra vers.* — [b] usque *supra vers.* — [c] *Del.* atque.

---

[1] P. Ioannes de Victoria, hispanus.

[2] P. Cornelius Brogelmann.

[3] P. Thomas bohemus (Hedl) missus fuerat Roma Viennam mense Septembri 1560. Cf. BRAUNSBERGER: *B. P. Canisii Epist.* II, 728. Obiit mense Februario 1561. *Ibid*, III, 94; *Lainii Monum.*, V. 436.

[4] P. Grim minister domus erat, seu prorector, ut dicit catal. anni 1561.

quidem et alij duo sacerdotes [1], ut est P. Bartholomeus, sed ille imperfecte adhuc loquitur germanice; alter P. Henricus, ille gallicam potius calet linguam; deinde cum adhuc studiorum cursum non absoluerint, P. rector parcat illis ne in illo impediantur, et nonnisi in magna necessitate reliquos iuuant; et iminente iam quadragesima, non parum augebuntur in templo labores, sed benedictus Deus qui in [a] tantam [b] messem nos misit, ut ocij non detur locus. Ad succurrendum nonihil istis necessitatibus cogitauimus non inutile fore, si adhuc duo alij ex fratribus in sacerdotes ordinarentur, ut Adamus atque Piringerus [c]; illi cum germani etiam sint, poterunt paulatim collegium magis iuuare.

2. Preceptores et magistri nostri diligenter satis pergunt in instituendis nostris fratribus, atque omnibus reliquis discipulis. Multum meo iuditio profecerunt phisici atque logici; horum diligentia excitantur non parum plures studiosi, ut desiderent nostrorum lectiones audire [d]; malunt aliqui dignitates illas graduum, bacalaureatus, aut magisterij diferre, aut quasi negligere, quam nostras lectiones deserere, si modo parentes semper permiterent; sed quia uere omnes ad gradus aspirant, schola nostra saepe detrimentum et recessum illorum sustinet, nec modum uidemus continendi illos, donec habeamus facultatem promouendi illos. Proficiunt interim in pietate multi ex nostris scholaribus. Cum his elapsis diebus preceptores de triduano ieiunio ad [e] iubileum percipiendum fecissent mentionem, etiam ex infimis classibus et admodum paruulis, pueri [f] plures inuenti sunt, qui nulla ratione induci a parentibus [g] poterant, ut illis diebus comederent carnes, sed sicco pane contenti esse uolebant. Alius illis tribus diebus ad cognatos catholicos fugit [h].

3. Templum nostrum P. rector omnibus modis exornare contendit, ex quo nitore et omnium rerum bono ordine populus

---

[a] in *supra vers.* — [b] *Del.* nobis. — [c] *Prius* Adamum... Piringerum. — [d] *Del.* ita. — [e] ad *supra vers.* — [f] *Prius* pueris. — [g] *Del.* induci. — [h] fugit *supra vers.*, *deleto* iuit (?).

---

[1] Hi erant Barth. Bedula, helvetius grison, et Henricus Rickman, leodiensis, ut colligitur ex catalogis collegii viennensis anni 1559 et 1561 (Cod. *Germ. 131*, ff. 215, 216 b, 250).

[2] Adamus hic esse videtur Adamus Höller (Hellerus, Hollerus) qui anno 1557 Vienna Romam missus est (Cod. *Germ. 131*, f. 244 v) et anno 1560 ex Urbe Viennam remissus. Cf. Braunsberger, l. c. II, 596.

multum ad deuotionem pietatemque excitatur, ita ut modo frequenter, etiam alijs diebus comunicantes habeamus, non tantum dominicis ac festis diebus. In loco D. Lamberti concionatur M. Gregorius [1], qui ut satis bonam gratiam habet, ita populo etiam non parum placet. D. Lambertus tamen propter doctrinam magis desideratur. In festo purificationis et dominica sequenti, quando etiam iubileum percipiendum concedebatur, ultra 300 personae, nostris exceptis, confessae atque communicatae fuerunt; nec dubito si plures adfuissent confessarij, quin in duplo comunicantium extitisset copia; multi enim ob confessariorum penuriam, aut intermiserunt, aut alio se contulerunt; quod sacristanus etiam in alijs festiuitatibus factum saepius animaduertit. Istis diebus, baro quidem bohemus, qui in uita sua nunquam erat confessus, et multis erroribus atque piccardorum labe infectus, per confessionem Ecclesiae filius est effectus. Alius quidam bohemus, etiam qui per 18 annos confessionem intermiserat, nostrorum opera confessionem resumpsit. Similia possem plura referre, sed breuitati studendum et literis quadrimestribus reseruanda huiusmodi censeo.

4. Laborauit P. rector hactenus plurimum, ut collegio nouo [2], simul ac conuictoribus domum acquireret, et esset iam in hunc usum parata pecunia: sed quoniam hospitia et domus in ciuitate hac propter hominum frequentiam difficile inueniantur, adhuc desiderij compos fieri non potuit; non tamen deponitur spes; forte post multos labores consequetur desideratum. Collegium nouum atque conuictores bene modo se gerunt, et bona signa futurae pietatis in pluribus apparent. Conuictores a P. Thoma [3] qui istorum praefectus est, non parum sunt adiuti, ac facti mansuetiores. Lazarus, italus [4], qui nuper Augusta huc missus est, absolutis spiritualibus exercitijs, modo in culina exercetur, ut probetur eius spiritus. M. Gregorius, cum magis idoneum hoc tempore non habeamus, domum nouitiorum regit: sed cum agat etiam concionatorem, deinde non absoluerit cursum, omnino alium et maturiorem, et a negotijs alijs liberum nobis exoptaremus.

---

[1] Gregorius Rosseffius. Cf. *Lainii Monum.* V, 434; Braunsberger, l. c. II, 559.

[2] Cf. *Lainii Monum.* V, 19; Duhr: *Geschichte der Jesuiten...* I, 295, 316.

[3] Vide pag. 158, annot. 3.

[4] Lazarus Spinola, genuensis, qui paulo post a Societate defecit. Cf. *Lainii Monum.* V, 437; Braunsberger, l. c. III, 90.

5. Exteri atque viennenses, magis ac magis melius de nostris sentire et affici uidentur. Rariores sunt post nos clamores in plateis; frequentius et familiarius nobiscum incipiunt agere, saepius petunt consilia et opem nostrorum pro infirmis, quam antea. Magnates etiam aliqui catholici plurimum desiderant Societatem in diuersis Austriae locis ad celeriorem populi reductionem. Retulit mihi etiam uir quidam [a] non paruae authoritatis, quod modo multi dubitare incipiant qui superioribus annis pertinaciter suos errores defendere conabantur, atque disputationes de fide in dies decrescere. Viennae omnia iam sunt satis quieta, quantum ad catholicam religionem, nec attentare palam heretici quicquam audent; occupata sunt omnia templa a catholicis, ut alijs non detur locus. Episcopus viennensis [1], post confirmationem acceptam, etiam iam animosior et diligentior est effectus. Extra tamen ciuitatem, in circumiacentibus uillis, pagis ac oppidis, maior est miseria, et non aliam ob causam, quam quod non inueniantur sacerdotes boni, qui errores refellere, et populum alioquin simplicem, informare possint; vnde uelint nolint, multi mali admittuntur qui pro libitu agunt et docent, atque sub utraque saepe spetie plures comunicant. Vellent ob id ut nostri subinde excurrerent et concionarentur in diuersis oppidis: sed quid faceremus, cum tyrones adhuc fere omnes sint, et si qui sunt qui aliquid praestare possint, ita pauci sunt, ut nec Viennae satisfacere possint. Sed Deus, spero, ita omnia disponet, ut tandem aliquid fiat. Non possum non scribere de quodam monasterio Scotorum nomine [2], quod Viennae in ciuitate est; illi cum pagos prope ciuitatem sibi subiectos habeant, audio quod quandoque sinistre agant, praesertim in administrando eucharistiae sacramento. Ferunt quidem, et de alijs pluribus monasterijs, quod monachi, praeter quam quod male uiuant, etiam diuersis erroribus sint infecti, ita ut loca sacra multum ita turpiter prophanentur. Deus misericordiarum pater extrahat

---

a quidam *supra vers.*

---

[1] Antonius Brus (de Muglitz)

[2] A saeculo XII hibernici (scoti etiam dicti) monachi monasterium Vindobonae habuerunt: quod quamvis postea in benedictinorum germanorum potestatem transierit, priscorum incolarum nomen retinuit. Eius historiam scripsit E. Hauswirth O.S.B. Cf. HEIMBUCHER: *Die Orden und Kongregationem der Katholischen Kirchen*, I, 260, 261.

tandem istas prouincias ex omnibus malis. Haec sunt R. P. quae mihi scribenti se modo offerebant. R. P. V. dignetur nostri esse memor in suis sanctis sacrificijs ac orationibus, ut eo magis Dei uoluntas in nobis expleatur. Vienna 14 die Feb. anno 61.

R. P. V. indignus filius.

CAROLUS GRIM [1].

492

P. BALDUINUS AB ANGELO

TREVERIS 16 FEBRUARII 1561 [2]

1. *Collegii primordia. Archiepiscopi et aliorum de sociis concepta expectatio. Archiep. omnia ad vitam necessaria disponere iubet. Sanctorum etiam reliquias ad sacelli ornatum præbet. Episcopi suffraganei benevolentia.* — **2-4.** *Catalogis lectionum prius per diversa loca distributis, sollemnis studiorum inauguratio habetur, in qua tres orationes recitantur. Haud exiguus auditorum numerus.* — **5-6.** *Domesticæ res. Contiones ad frequentissimum populum habentur. Religiosœ disciplinæ et linguæ studio intenditur. Vota ad fervorem augendum renovantur.* — **7.** *Faber aurarius a dæmonis vexatione liberatur. Pecunia a quadam matrona oblata reicitur.* — **8.** *Benevolentia ex sacris extra nostrorum templo factis conciliatur; parœciae tamen curam accipere recusant socii.* — **9.** *Domus ab scholis seiuncta aliquid incommodi affert, quod tempore sublatum iri speratur.*

1. † Ihs. Pax Xpi. Vt expectationi qua de statu noui collegij treuerensis certior fieri fortasse desideras satisfaciamus, R.de et orseruande in Xpo. P., paucis ea referemus, quae duobus

[1] Vide *Litt. Quadrim.* VI, 390.

[2] Ex autogr. in cod. *Germ. 139*, ff. 62, 63; prius 193, 194 (206, 207). De initiis collegii trevirensis vide *Lainii Monum.* V, 333 sqq., 369 sqq. Cf. etiam HANSEN: *Rheinische Akten...* 352 sqq.; REIFFENBERG: *Historia Soc. Jesu ad Rhenum inferiorem* l. IV; DUHR: *Geschichte...* I, 95. sqq.

hisce mensibus, quibus hic viximus, ad Dei gloriam acta fuisse cognouimus. Vt igitur a nostro in hac sancta ciuitate aduentu, scribendj initium sumamus, postquam omnes (qui partim ex Italia, partim ex Flandria vocati sunt), huc incolumes venimus, singularem Dei prouidentiam erga nostram Societatem haud obscure cognouimus, qui R.mum archiepiscopum [1], abbates, canonicos ac vniuersum senatum, ita erga nos beneuolos reddidit, et ad tantam de nobis expectationem euexit, ut nostrorum opera religionis ac ciuilis facultatis statum, maximum incrementum accepturum, sibi persuasum habeant, quin et ampliora publice fatentur se a nostris [a] expectare, quam in hac labanti republica prestare possimus; affirmant enim, non solum huius ciuitatis, sed vniuerse religionis statum, pene collapsum, ad pristinam fidem et maiorum pietatem esse reuocandum. Quam bonae spei cogitationem, cum abbates et huius ciuitatis optimates, tum imprimis R.mus hic archipresul maximis beneuolentiae significationibus declarauit. Is enim cum initium familiae instituendae arduum futurum esse cognosceret, maxime si statim promissam illam pecuniarum summam annuam numeraret, magna cum liberalitate domum, quam inhabitamus, omni commoda suppellectilj instruj iussit. Patribus et fratribus vestes honestissimas tribuit, ac demum voluit ut ipsius aere [b], antequam annua pensio consignaretur, viueremus, et de omnibus nostris vsibus prouideremus. Quamobrem, ne familiae quicquam initio deesset, vinum, frumentum, boues, ac porcos ad collegium misit, quin et patrio more, in maxime charitatis testimonium, hoc profesto natiuitatis Domini aprum syluestrem nobis dedit. Nec hoc tam liberalj principj satis visum est, nisi alio quoque maximo beneficio nos afficeret; nam Domino decano confluentino, ipsius fratri ac Societatis amico singulari, iniunxit, ut libros cuilibet professionj necessarios et vtiles, emi nobis curaret, quos sane non paucos a R. P. J. Retio emptos, Colonia expectamus. Et ne domesticarum tantum rerum rationem habere videretur, adiunxit etiam aliud, coeteris beneficijs longe excellentius et illustrius; iussit enim per R.dum Dominum suffraganeum [2] nobis dari plurimas sanctorum reliquias, ad sacelli nostri ornamentum, ex

a *Del.* accepisse (?). — b aerae *ms.*

[1] Ioannes de Petra (von der Leyen).
[2] Gregorius Virneburg, episc. Azoti.

quibus 20 capita speciosissima sodalium sanctae Vrsulae magnum decorem sacrario afferunt. Duarum virginum capita, cum plurimis ossibus, proprijs nominibus notata sunt: vni nomen est Intemerentia, alteri uero Credula. His adiunctum est magnum et integrum os brachij sanctae Barbare V. et M. cum apostolorum quorumdam et plurimorum sanctorum reliquijs, quorum omnium nomina presenti hac epistola vix comprehendere possem. Iam itaque collegium hoc, istorum sanctorum omnium praecibus, aduersus omnium hostium impetum, tanquam firmissimis presidijs, munitum esse speramus. Quandoquidem vero, tempore dissentionis inter principem et ciues, has aedes nostras inhabitarunt heretici et milites, omnis pietatis hostes: quo omnis prophanationis ac violationis scrupulus ex animis nostrorum tolleretur; voluit R.^{mi} episcopi suffraganeus sacellum cum altari cerimonijs consuetis pristinae sanctitati restituere: quoque id maiori cum celebritate fieret, nobis penitus ignorantibus, venerabilem D. abbatem S.^{ti} Mathiae cum nonnullis alijs viris religiosis secum adduxit, qui cantu suo (in quo minime nos versatos cogitabat), hoc sacrum officium ornarent. Vix possem literis explicare huius R.^{di} D. suffraganei beneuolum erga nos animum, qui nullam oportunitatem preterire potest, qua nos apud omnes summis laudibus non efferat, ac pietatis et eruditionis graciam commendet; id quod cum in publicis suis ad populum concionibus, tum in sacerdotum ordinationibus facit. Idem nobis hisce diebus retulit, se in mandatis a R.^{mo} presule accepisse ut diligenter prospiceret ne quid collegio deesset, ita enim nobis affectum esse asserit R.^{mum}, ut in omnibus fere sermonibus suis familiaribus nostri mentionem cum gaudio faciat.

2. Superest nunc, Rde. in Xpo., ut studiorum nostrorum institutionem ac domesticam consuetudinem declaremus. Antequam igitur lectiones in hac academia inchoaremus, curauit R.^{mus} antistes catalogum a nostris conscriptum typis mandari, ac per ciuitates Germaniae, Galliae, et Flandriae distribui, quorum aliquot exemplaria iam Romam misimus. Illis autem catalogis huius academiae collapsae restaurationem, tempus etiam orationibus recitandis ac lectionum initio assignatum aperiebamus. Itaque 3°. Februarij cum duobus subsequentibus diebus, in schola huius vniuersitatis amplissima, et honestissime ornata, in hominum maxima multitudine, a tribus professoribus orationes tres recitatae sunt; quarum prior veterum treuerensium laudes et studiorum scopum complexa est. Secunda latinae et grecae linguae commendationem; tertia vero theologiae encomia

continebat; quae omnes cum tanta compositione oris et vultus pronuntiatae sunt, vt et imperiti attentione magna intelligere viderentur, et eruditi plurimum admirarentur; nam exemplaria orationum multi abbates et canonici vehementer a nostris impetrare contenderunt [1].

3. Coeterum, ipso die, quo prima oratio recitanda erat, prima statim luce auspicij bonj gracia, solemne missae sacrificium de Spiritu Sancto, in Carmelitanorum fratrum templo decantatum est: cui officio interfuerunt rector vniuersitatis [2], illustres maioris ecclesiae canonici, praepositus, decanus, scholasticus, archidiaconus cum alijs coeterorum collegiorum canonicis: quatuor abbates ac ciuitatis consules, cum magna hominum diuersae conditionis frequentia, quorum omnium praesentia, magnam nobis ieticiae et spei occasionem attulit.

4. Lectionum porro nostrarum initia publice [a] auspicati sumus 10 Februarij, cum haud exigua (ut initio fieri solet) auditorum multitudine, quorum plurimj adhuc assidui sunt, nec vulgares quidem, sed honore ecclesiastico prefulgentes, inter quos (preter suffraganeum), sedulus in theologicis lectionibus est quidam abbas cum aliquot ex suis fratribus. Speramus plures huc venturos, ubi hiemis asperitas, quae regiones has diu iam vexauit, remissa fuerit. Rumore enim ad nos perfertur multos in scholis triuialibus, temporis oportunitatem expectare, maxime vero Dusuldurpij, quae schola iam ad interitum tendit, propter moderatoris illius suspectam fidem [3].

5. Sed iam, P. obseruande, domesticae rei rationem accipe. Nos post R.[di] P. prouincialis [4] a nobis discessum (qui fuit 12 huius) in hoc collegio 12 numero reliqui sumus: inter quos est quidam adolescens P. prouincialis conterraneus, qui peracta prima probatione, in secunda iam versatur, ac coqui officio fungitur, probus admodum videtur, et ad omnia munera subeunda paratus, mediocriter etiam in humanitatis studijs est institutus.

---

a publicae *ms.*

---

[1] Orationes recitatae sunt a PP. Balduino ab Angelo, Aegidio Fabro et Hermanno Thyraeo. Cf. *Laini Monum.* l. c. 418.

[2] Ioannes Houstius (l. Guast von Luxemburg). Hansen, l. c. 353; Duhr, l. c. 98.

[3] Is erat Ioannes Monheim. Cf. Hansen, l. c. 349.

[4] P. Everardus Mercurianus, qui etiam de scholarum inauguratione scripsit. Cf. *Lainii Monum.* V, 417-419.

R.dus P. rector[1], preter domesticas occupationes, aliam quoque non paruam suscepit, qua Ecclesiasten[a] in scholis enarrat. Duo concionatores nostri P. Haermannus et P. Ionas[2] in concionandi munere diebus dominicis et sacris strennue versantur, nec paruus ex eorum concionibus speratur fructus; nam tantus est huius populj treuerensis in audiendo Dei verbo feruor, ut interdum 4000 vtriusque sexus ad ecclesiam conueniant. Hoc natiuitatis Domini festo, multi nostris confessi sunt, quin multo plures idem desiderasse conspecti sunt, si ex nostris idonei aliqui sacerdotes fuissent qui germanicum sermonem calluissent.

6. Res domesticorum ita moderantur, ut ad obseruationes constitutionum et regularum nostri institutj diligenter attendatur, et vnusquisque in commisso sibi ex obedientia munere studet non necligens inveniri; datur etiam opera, ut qui linguam ignorant, eam addiscant. Nostri omnes qui in hoc viuunt collegio, ipso die[b] purificationis Beatae Mariae Virginis, in nostro sacello, publice vota sua renouarunt, R. P. prouincialj celebrante, a quo singulj sacram eucharistiae communionem deuote perceperunt, prout fieri solet, quando scholastici approbati admittuntur. Quod ut fieret ex P. prouincialj impetrarunt nonnulli magistri quo studia inchoanda foelicius et syncerius ad Dei gloriam et proximorum vtilitatem tractarent.

7. Neque hic praeterire possum illa quae maxime ad Dei gloriam commemoranda censeo. Erat hic faber aurarius, inter plebeos non infimus, qui a demone grauiter vexatus mentis expers reddebatur; hic postquam domi suae vni ex nostris animi sui secreta aperuit, et venerabile Christi corpus in conspectu amicorum cum vxore sibi grauiter antea offensa reconciliatus[c] percepit, ita confirmatus fuit, ut pristinos vitae errores detestaretur, ac corporis valetudinem qua impotens factus erat, consequeretur. Huius exemplo commoti ciues, nostros Patres ad alios simili calamitate laborantes interdum vocant. Fuit preterea quaedam matrona honesta, quae nostris magnam pecuniarum summam pauperibus distribuendam obtulit, quam constanter recusarunt, tum quod de pecunijs illis nihil certi

---

a *Seq. v. prorsus obliteratum.* — b diae *ms.* — c *Emend. ex* reconsiliatus.

---

1 P. Antonius Vinck. Hujus iudicium de collegii incolis vide sis apud *Lainii Monum.* V, 369 sqq.

2 PP. Hermanus Thyraeus et Ionas Adler.

nobis constaret, tum maxime ne fructus ille apud multos minueretur, qui a nostris expectatur.

8. Magnam ex monialium monasterijs beneuolentiam nobis conciliamus [a], quod subinde in eorum ecclesijs sacrum missae officium celebremus, quo alioqui propter sacerdotum inopiam aegre admodum carere cogerentur. Multo tamen maiorem apud ciues gratiam iniremus, si administrationem cuiusdam celeberrimae parrochiae suscipere vellemus, quae profecto sui pulchritudine ac loci commoditate (utpote collegio proxima, et in foro medio sita) nos invitare videtur. Sed quoniam norunt ciues nos pastoralem curam non suscipere, perquam benigne nobis claues ecclesiae obtulerunt, petentes ut commoditatis nostrae ratione habita, quandoque in ea celebrare vellemus, quod cum facimus, cum magna deuotione, frequentes intersunt sacro; id quod ipsis invsitatum multo ante tempore fuit.

9. Quod vero ad habitationem nostram et gymnasij domum attinet, speramus breui futurum, ut maiori commoditate fruamur, nam cum aedes quedam cum hortis intra domum nostram et gymnasium interiectae sint, quae modo nos per publicum ad scholas prodire [b] cogunt, consulum ciuitatis opera effectum est, ut permedium hortum liber nobis ad gymnasium transitus pateat. Nec tamen diffidimus quin breui aedes has cum hortis nostro collegio R.^mus^ archiepiscopus adiungere debeat. Atque haec sunt, R.^de^ et obseruande in Xpo. Pater, quae de collegij treuerensis initio scribenda esse duximus, quod precationibus R. tuae aliorumque omnium Patrum et fratrum quam commendatissimum esse vehementer desideramus, ut orationibus vestris adiuuantibus, hanc Xpi. vineam, a feris pessimis pene deletam cum magna totius ecclesiae vtilitate [c] excolere valeamus. Treueris ex collegio Societatis 16 Februarij anno 1561. Ex commissione R.^di^ Patris Rectoris. Reuerendae P. T. indignus filius.

Balduinus ab Angelo [1].

---

a *Emend. ex* consiliamus. — b *Seq. delet.* faciunt. — c vtitate *ms.*

---

[1] Leodiensis. Vide *Lainii Monum.* I. c. 370 et *Epist. P. Nadal*, II, 542.

493

MARTINUS HERNANDEZ

HISPALI 28 FEBRUARII 1561 [1].

1. *Sociorum numerus. Disciplina religiosa. Recens admissi in Societatem.* — **2.** *Fratrum scholasticorum exercitationes.* — **3.** *Multi cives nostrorum scholas desiderant, praesertim postquam praecipuus urbis ludimagister ab inquisitoribus comprehensus est.* — **4.** *Contiones Patrum vehementer expetuntur.* — **5-11.** *Fructuosus cuiusdam Patris in pacensem dioecesim cum generali Vicario excursus. Vicarii elogium. Quae ibi acta sunt, exponuntur.* — **12-13.** *Alii excursus per dioecesim.* — **14.** *Caritatis opera quae a sociis in urbe exercentur.*

1. † Ihs. Muy R.do en X.o Padre. Pax X.i etc. Lo que a V. R. ay que hazer sauer deste collegio destos quatro meses, es que estamos al presente en él veinte y çinco: los nueue son Padres; y todos, gloria a Dios, con salud. Trauájase mucho en el aprouechamiento spiritual con mortificaçiones muchas que se hazen, en la obseruançia de las reglas, ayudándose de las continuas pláticas y conferençias spirituales, aprouechándose en la fraterna charidad, humildad y otras virtudes, en las quales les da nuestro Señor deseos de creçer y aprouechar. Anse recebido en este tiempo quatro subjetos: el vno es doctor en theulugía, de hedad de treinta años, que a comencado a predicar, de buena sufiçiençia y salud. Otro es diácono, mediano latino para leer vna clase de más que menores; los otros dos son coadjutores temporales. Piden muchos la Companía, senaladamente dos saçerdotes, buenos confesores, que algunas vezes predican; entretiénense hasta estar bien saneados de su salud; algunos otros se despiden.

[1] Epistulae auctor videtur esse Ioannes Ignatius hispanus, qui in catalogo romano anni 1561, superius citato, recensetur inter metaphysicos qui etiam theologiam audiunt. Anno 1563, iam sacerdos, missus est Neapolim (*Lainii Monum.* VII, 64), unde, cum intemperanter se gereret (ibid. 166, 206), remissus est in Hispaniam (ibid. VIII, 248, 309). In catal. collegii Soriani anni 1577 (cod. *Castell. 13.* f. 211) invenitur quidam P. Ioannes Ignaçio, de quo non audemus dicere num idem sit qui huius epistulae auctor.

[2] DEUTERON. XXXII, 4.

[3] II CORINTH., II, 15.

parolle a quest' huomo, dicendogli, voi sette pescatore di pesci, et noi siamo piscatori d' huomini; ditemi vi sette voi confessato questa pascha? et lui tacceua: O, chi tace, consentire si dice. Venite, venite meco, che vi uoglio pescare; et così lui subito con gran consolatione degli circonstanti cascò nella rette, et si sta adesso confessando mentra che io sto queste linee scriuendo.

Inscriptio. Al molto R.do in Chro. P.e M.o Iacomo Laynez preposito generale della Compagnia di Iesu in Roma — In piaza degl' Altieri nella Comp.a di Iesu — Cito, Cito.

Sigilli vestigium.

In margine alia manu. Sine anno *(sic).* Lra. edificat. de cose del contado di Roma.

498

CAROLUS REGIUS

SYRACUSIS 15 APRILIS 1561 [1].

1. *Litteraria exercitia publice habentur, et in mathematicis disputationibus ab extraneo habitis, nostrorum quidam argumentatur. Contiones ad confertam multitudinem, quam templum capere non potest. Excursus P. Rectoris ad vicina oppida. Paenitentiae sacramenti fructus.* — **2.** *Opera nostrorum femina nobilis et pia monasterium sub regula Stae. Clarae erigendum curat.*

1. ✝ Pax Xpi. etc. *[Licet scribenda parva sint, ea tamen ex oboedientia scribit].* Primum igitur, in scholis consueta Societati nostrae exercitia fiunt. Nuper uero in festo D. Iosephj, cui dicatum est nostrum templum, sustinuit quidam e nostris praeceptoribus conclusiones rhetoricae artis et grammaticae, praesente magistratu ac reliquo populo; contra quas argumenta multa opposita fuere. Sequenti uero die dominica contra nos incitatus nostro exemplo, quidam externus praeceptor proposuit et ipse in summo templo ciuitatis positiones suas ex mathematicis scientijs depromptas; aduersus quas nostrorum quispiam

---

[1] Ex autogr. in cod. *Ital. 117*, ff. 177-178; prius 131.

strenue argumentatus est, cum magno astantium uirorum applausu. Hoc iam proxime elapso quadragesimae tempore habitae sunt quotidie in nostro templo conciones; diebus uero festis non solum in quadragesima, sed etiam post pascha, et conciones ante prandium habentur, et pomeridianis horis praelegitur lectio decem praeceptorum. Impletur autem nostrum templum tanta hominum multitudine, quantam non potest aliquando capere; et interdum coguntur plerique prae loci penuria discedere; adeo ut multi desiderent maxime augeri templum, quo sit capacius. Praeter autem solitas in templo nostro conciones, etiam alibi concionamur, non sine fructu et utilitate animarum, ut speramus. Noster autem P. Rector [1] profectus est nuper ad uicinas aliquot urbes, ubi nobilium uirorum confessiones audiuit, et exhortationibus usus est spiritualibus. Porro ad sacras confessiones creberrimj accedunt, et fere semper noui adduntur. Et maxima ciuitatis [a] pars in confessionibus nostros mauult, quam alios religiosos: imo alii sacerdotes aliarum religionum, si quid insit difficultatis, ad nostros remittere solent confitentes suos. Inter eos autem, qui confessi sunt peccata sua apud nos, duo fuerunt, qui licet aetate iam essent prouecti, nunquam tamen usque ad id temporis peccatorum fecerant confessionem. Sed et tres uel quatuor meretrices, quae Patribus nostri collegij conscientiam suam omnem aperuerunt, ad saniorem uiuendi modum sese receperunt, a peccatis dehinc remouentes se ipsas, quibus antea maxime deditae erant.

2. Sed illud certe non est relinquendum, quod opera nostrorum Patrum quaedam nobilis mulier, quae cum nostris semper confessa est, nouum quoddam sanctarum mulierum monasterium instituit secundum regulam S. Clarae. Pro principio autem huius monasterij, ex multis uirginibus, quae cum nostris in nostro templo per multos iam annos confiteri solitae sunt, et singulis hebdomabibus sanctissimam eucharistiam sumere, electae sunt octo, quae uitae suae, magnaeque sanctitatis indicia dederant nobis apertissima; quae cum iam a multis annis desiderassent incipi hoc monasterium, et in illud admitti, nunc tandem uoti compotes effectae, simul congregatae communiterque uitam degunt; iamque bonus odor et huius rei fama, per ciuitatem dif-

a *Emend. ex* ciuitatibus.

1 Videtur fuisse P. Ioannes Philippus Casini.

fundi coepit, praesertim quod multa huius ciuitatis monialium monasteria statutas sibi leges minime seruent. Speramus omnino fore omnibus aliis optimum exemplar. *[Rerum tenuitatem excusat et valedicit]*. XVII calendas Maij 1561. Ex mandato R. P. Rectoris.

Carolus Regius [1].

499

P. FRANCISCUS ANTONIUS

turribus 15 aprilis 1561 [2].

1. *Doctrina christiana populo in templo et in platea exponitur. Qui in carcere detinentur, et aegroti invisuntur. Pater rector per quadragesimam singulis diebus, magna auditorum frequentia, et maximo fructu contionatur.* — **2.** *Aliqui publici abusus corriguntur.* — **3.** *Cives frequentiores ad paenitentiae sacramentum accurrunt. Aliquae peccatorum conversiones exponuntur.* — **4.** *Crescit in dies apud cives bonus Societatis odor; qui multis argumentis demonstratur.*

1. ✠ Ihs. Pax Chri. etc. [*Breviter se scripturum dicit. Quatuor socii domi sunt, qui bona utuntur valetudine et perfectioni religiosae, regularumque observationi, quantum licet, student.*] Quod ad extraneos attinet, nullis vnquam parcitur laboribus ac vigilijs, ut proximos, juxta nostrae Societatis ministeria, in spiritualibus adjuvemus; sicque vnus ex nostris inceptam decalogi explicationem in nostro templo singulis dominicis diebus post prandium est prosequutus. A traditione doctrinae christianae tum in platea, tum domi nostrae, minime cessatur. Inuisuntur frequenter a nostris carceres et xenodochium, proximosque inibi detentos passim adjuuant; tum in edocendis ijs, quae ad christianam doctrinam pertinent, tum in eorum confessionibus audiendis, tum etiam eisdem de salutari remedio multoties proui-

---

[1] De epistolae auctore vide *Litt. Quadrim.* VI, 240.
[2] Ex autogr. in cod. *Sardin. 13*, ff. 85-86; prius 472-473.

dendo. Ab infirmis et in extremis laborantibus non raro accersuntur nostri, quo et eorum audiant confessiones, et in transitu eis aduersus daemonum insultus aliquo patrocinio esse possint. In euangelij promulgatione perpulchre suo munere fungitur Pr. Rector [1] in summo templo, maxime autem hoc quadragesimali ieiunio singulis diebus; magnus quippe continuo aderat auditorum plurimas centurias excedentium concursus, maior vero erat eorum omnium applausus, maximus denique spiritualis fructus, quem ex tali ministerio fere omnes eliciebant. Horum namque causa fuerunt robustae vires mentis et corporis, quas immensa Dei bonitas eidem Patri communicauit: exitus enim, vt aiunt, acta probant. De spirituali profecto [*sic*] nemo est qui ambigat; de corporali vero valetudine, nec ex nostris, nec ex externis vllus unquam iudicauit posse eum eiusmodi quotidianum cursum ad metam producere; idque non leuis quaedam stomachi indispositio mox in ipso congressu subsequuta, coeperat confirmare. Sed pijs (ut credi datur) plurimorum orationibus eum Deus Opt. Max. pristinae, quin et saniori valetudini restituit, et ad finem vsque conseruauit. Potissimum tamen id effectum opinor precibus cuiusdam Dei serui, qui salutem animarum valde sitiens, cum Pris. Rectoris aegritudinem audiret, vigilijs ac disciplinis Deum obnixe deprecabatur, vt quae infirmitas ipsi Patri obuentura erat, in ipsummet deprecantem conuerteretur. Exauditam credo charitatis plenam orationem, cum Pr. mox incolumitatem sentiens, ipsum per 8 vel decem dies febribus laborantem inuiseret. Sit nomen Domini benedictum.

2. Fructus autem, qui huiusmodi conciones (Dei gratia) consequuntur vberrimi, explicari vix queunt; prout ex arcanis confessionibus deprehenditur. et nonnulli sublati abusus aperte testantur: quorum vnus erat non modicum afferens animabus preiuditium, quo introductum erat antiquitus, vt si cui feminae pater vel mater. filius, maritus, frater, sororue, etc. e vita sublatus esset: huic, vulgi murmur euadere cupienti, necesse erat per integrum saltem annum domi clausis fenestris remanere. Effectum est tandem diuina ope, vt, cum publicis concionibus, tum priuatis etiam exhortationibus, huiusmodi corruptela euanuerit; et qui duos annos aliquando quasi carceris domestici sustinebat, nunc duos menses vix queat sustinere. Quae res quantum aedificationis ipsimet vulgo, alias solito oblatrare,

[1] P. Balthassar Piñas.

attulerit, nemo non videt. Vigebat et alia in hac ciuitate pestilens et quasi incurabilis plaga (prout alias T. R. P. est litteris expositum) [1] incantationum, diuinationum, aliarumque superstitionum varij generis diabolica inuentione exquisitarum; quae quidem plaga adeo omnes infecerat, tam vulgares, quam nobiles, tam doctos, quam ignorantes, vt vix crederetur esse peccatum. Denique cum huiusmodi pestiferum virus in publicis concionibus nostri saepe saepius abhominarentur [*sic*], arguereturque praelatorum incuria in eo corrigendo, effecit Dei bonitas, vt generalis vicarius populum publice (ut moris est) trinis vicibus [a] admonendum curaret, sententiam excomunicationis mox ferendam in eos qui similia exercerent, vel exerceri procurarent; qua solummodo monitione praehabita, antequam ad censurae promulgationem deueniretur (nunquam enim est deuentum), eo fuerunt omnes timore perculsi, et quadam honesta verecundia correpti, vt jam nunc nedum talia non exerceant, sed aegre ferant illarum vanitatum sibi amplius mentionem fieri. Faxit Dominus Iesus, vt quae restant adhuc publica et enormia peccata, funditus auferantur.

3. Qui hoc quadragesimali tempore apud nostros suas exonerarunt conscientias, tot ac tanti fuerunt, vt perdifficile fuerit numerum colligere, provt ex proxime missis quadrimestribus poterit deprehendi. Illud tamen nunc addam, auctum videlicet esse nobilium ac primatum numerum ad nos confluentium pro sacramentis suscipiendis, adeo vt hac vice vix vnus remanserit, qui nostris non sit confessus; auctum quoque numerum frequentantium sacramenta; auctum denique eorum omnium spiritualem profectum. Et vt particularius aliquid referam (omissis multis pecuniarum restitutionibus, multisque confessionibus diu omissis, nunc vero factis), extitit quaedam conjugata foemina, quae per 17 annos in publico concubinatu cum quodam religioso, separata tamen habitatione, perseuerauerat; adeoque lapideum cor habebat, et in peccato obstinatum, vt plane affirmaret impossibile sibi ab eo discedere, prae nimio amore quo amasium suum prosequebatur. Placuit tamen ei qui potens est de lapidibus suscitare filios Abrahae [2], spiritum eidem foe-

---

a trinis vicibus *supra vers. adem manu.*

---

[1] Vide *Litt. Quadrim.* VI, 74.

[2] Cf. Matth. III, 9.

minae compunctionis infundere, factumque est cor ejus tanquam cera liquescens [1], et feruenti dolore sacramenta suscepit, suscipitque frequenter; et quanto carnis delitijs antea oblectabatur, tanto nunc eiusdem carnis castigationèm exquisitis poenitentijs procurat. Fuit et quidam vir 30 annos natus, qui in tota vita nec poenitentiae nec eucharistiae sacramenta susceperat: is Dei lumine perfusus suamque velut brutalem vitam agnoscens ad fontem sacramentorum sitiens accurrit, lauitque peccata sua in sanguine Agni [2], sacramenta suscipiendo. Plura alia his similia Iesu Xpi. Domini nostri singulari pietate effecta possem referre, sed quia nunc memoriae non occurrunt, et ne epistolae modum excedere videar, supersedeo: qualia forent perplures inimicitiae, condonatis injurijs, nostrorum interuentu reconciliatae, et id genus alia, quae Deus in omnibus operatur: Ipsi honor et gloria.

4. Quantum autem in dies crescat bonus Societatis nostrae odor apud huiusmodi insulanos, quantamque de nostris opinionem conceptam habeant omnes, (exceptis religiosis et ecclesiasticis non parum nobis infestis) quis enarrabit? Testantur id communiter omnes ad nostros confugientes in suis laboribus, angustijs, necessitatibus ac scrupulis; adeo ut cum in aliquo dubio, siue tribulatione versantur, pro recursu ad nostros faciendo dicere soleant: « Patres istos sanctos adeamus, ad fontem nitidissimum accedamus », etc., plane communi voce vnanimiter fatentes, minimam hanc Societatem Iesu ipsius misericordia missam in hanc insulam ad reducendas oues quae perierant [3]. Testantur etiam nonnulli ex vicinis oppidis pro suscipiendo poenitentiae sacramento ad nos venientes. Testatur et id ingens desiderium quo flagrant omnes nostrarum scholarum, adeo vt et ex alio hujus insulae fine, literas receperimus certiores facti paratos plures illinc ad nostra studia, vbi primum inchoata fuerint, accessuros. Testatus hoc idem est deuotus quidam ciuis [a], qui pro huiusmodi faciliori effectu, nobis nunc concessit 30 annuos aureos [b] donatione inter viuos celebrata. Testantur insuper varij varia in nos conferentes beneficia: duos quippe calices argenteos dono dudum accepimus et varia ecclesiae or-

---

a *Emed. ex* ciues. — b *Seq. aliquod v. imperf. del.*

---

1 Cf. Ps. XXI, 15.
2 Cf. APOCAL. VII, 14.
3 Cf. LUC. XV, 4 sqq.

namenta. De reliquis autem ad sustentationem necessarijs tam abunde nobis prouidet Dominus per hujus vrbis incolas, vt, vigente non modica panis ac carnis inopia, nos ex residuo nonnullas pauperum casas (collata secrete eleemosyna) sustentemus. Det illis omnibus Deus pro terrenis coelestia, et pro temporalibus sempiterna. Denique testatur illud idem maximus principum hujus insulae fauor, proregis, videlicet, totius regni visitatoris, huius turritanae prouinciae gubernatoris, aliorumque nobilium; qui omnes magnum deferunt nostrae Societati honorem, atque autoritatem, nostros saepe in arduis negotijs et alicujus momenti consulentes. Maxime tamen his diebus illustris prorex, pro reformando hujus ciuitatis xenodochio, Societatis opem inuocauit, eaque aliquando usus, speramus (Dei gratia fauente) huiusmodi negotium, eum finem, qui magis ad Dei gloriam spectet, consequuturum. Dignetur pius et misericors Dominus suae gratiae nos participes facere, quatenus de nobis opinioni conceptae respondere valeamus; idque facilime (credo) concedet misericordiarum Pater sacrificijs ac precibus T. R. P. necnon et charissimorum Patrum ac fratrum, quorum suffragio indiget admodum nouum hoc collegiolum, humiliterque implorat. Vale. Turribus [1] Sardiniae 17 Kall. Maij 1561.

Ex comissione R.di P.ris Magri. Piñes Rectoris. — T. R. P. minimus et inutilis seruus in Dno.

Franciscus Antonius [2].

Quadrimestre de Cerdeña de 15 de Abril 1561.

500

P. EMERIUS DE BONIS

NEAPOLI 16 APRILIS 1561 [3].

P. Emerium de Bonis Lavellum contionandi causa missum, aliqui cives a contionibus habendis prohibere volunt, alium contionatorem obtendentes. Suo tamen munere fungitur per

---

[1] Sassari: quae urbs aliquo modo Turribus successit.

[2] Vide *Litt. Quadrim.* VI, 214.

[3] Autogr. in cod. *Ital. 117*, ff. 182-187, prius 232-237. Summam huius epistulae dedit Polancus in litteris die 21 Maii 1561 ad universam Societatem (Cf. *Polanci Compl.*, I, 276-277), et Sacchinus (*Historiae Soc. Iesu*, p. II,

quadragesimam magno audientium concursu et fructu. Sacrum devote peractum ad contiones allicit. Comes de Viccaro et Prior fratrum Sti. Francisci contionatorem laudant. Lavellensis marchio eiusque uxor benevoli fiunt. Parum

---

lib. V, nn. 78-80. Integram (mutata nonnihil orthographia) edidit Tacchi Venturi in *Storia della Compagnia di Gesù in Italia*, I, 468-476 (in altera edit. I, part. II, 76-85). Ideo eam omittendam duximus. Indicamus tamen pauca loca in quibus lectio edita differt a lectione autographi. In hac collatione paginae et lineae referunt pag. et lin. secundae editionis. Utimur litteris inclinatis ut lectiones variantes facilius videantur.

Edit.	**Autogr.**
p. 77, l. 13. [il] Marchese	Monsignor'
p. 79 l. 33. diceva *che* mai l' haveva...	dicea *in absentia del marito: credo che Iddio benedetto ui habbia mandato quà per il marchese; et questo diceua lei perchè* mai l' hauea...
p. 79 l. 34. devotione	deuotione *et feruor'*
» » diceano tutti, e che mai frequentò...	diceuano tutti *che mai l' haueano ueduto così mutato, et questo confirmauano* che mai frequentò...
p. 80 l. 11. mi adomandò. *Avendo pensato* insieme...	mi adomandò *hauendo pranzato* insiema...
p. 80 l. 30. *se'l non* piovesse	*se ben* piouesse
p. 82 l. 7. tanto *tempo* ho perduto	tanto *bene* ho perduto
p. 82 l. 28. di *predicare*	di *predicatore*
p. 83 l. 4. benchè *poca cosa*, perch'	benchè *pocca*, perch'
p. 83 l. 19. et *agli* altri	et à *quelli* altri
» l. 20. et alle donne	et *ancho* alle donne
» l. 25-26. con *tutta* devotione	con *tanta* deuotione
p. 83 l. 35. veder*ne*	veder*me*
p. 84 l. 4. il marchese havea tanto credito	il M. *mi* hauea tanto credito
p. 84 l. 5. *Havevano* desiderato	*Haueriano* desiderato
p. 84. l. 7. ma non *potevo*	ma non *potero*
» l. 12. *ai* suoi	*alli* suoi
» l. 15. *potessi scriverci*	*ui potesse scriuere*
p. 85 l. 10-11. Queste sono *spatiosissime; indi è* più difficile	Queste sono *spatiosissime Indie* più difficile.
p. 85 l. 12. *è* mancato il fervore in tutti. *Omnes*	*e*, mancato il feruore in tutti, *omnes*
p. 85 l. 20. D. V. R.	D. V. R. Paternità

afuit ut homini blasphemo lingua marchionis iussu transfigeretur. Aliis tamen poenis multatur. Consulitur decenti custodiae sacramenti corporis Christi. Instituitur sodalitas ad frequentiorem eucharistiae usum promovendum et ad pauperes sublevandos. Societatis nostrae desiderium apud multos excitatur. Clerici contionatoris reprehensione correcti divinam psalmodiam reverenter canere incipiunt. Unde concionatori existimatio conciliata. Marchio exulem in gratiam recipit. Humiles homines pauperem nudum, corrogatis eleemosynis, vestiunt. Nobiliores cives pro tabernaculo et custodia faciendis stipem petunt. Grana benedicta in magna veneratione habentur. Xenodochium ob Patris Emerii aegritudinem imperfectum relinquitur. Benevolentiae signa contionatori proficiscenti exhibita. Cui Episcopi vicarius laboranti et aegrotanti fraterne subvenit. Pauca de Apuliae religioso statu.

501

P. VINCENTIUS TONDA

GENUA 23 APRILIS 1561 [1].

Quae in itinere e Sicilia Genuam usque acciderint, narrat. Occasione exortae procellae nautae paenitentiae signa edunt, et mores in melius mutant.

✝ Molto R.do in Christo Pater. Pax X.i Essendo per ordine di V. P. partiti tutti noi quatri [2] da Sicilia per Portugallo, per di puo con la gratia del Signore passar nell'India, et per esser gionti qua in Genoua a saluamento [a], mi a parso satisfar al obligo in scriuer et auisar a V. P. di quel tanto (abenchè pocò) che il Signore in questo nostro poco viagio, si è seruito di noi [b] suoi

---

[a] *Del.* par. — [b] *Prius* questi.

---

[1] Ex orig. (autogr.?) in cod. *Ital.* 117, ff. 205. 206; prius 157. Hac epistula usus est, ut videtur, Polancus. Cf. *Polanci Compl.*, I, 278-279. Aliqua tamen ibi supponuntur, quae in ea non narrantur.

[2] Scilicet epistulae auctor, Scipio Comitoli perusinus, Michaël Beltrán hispanus Valentinus, et Vincentius Cavorno salernitanus Cf. *Polanci Compl.* l. c.; Cod. *Lus. 43*, f. 147.

inutili serui nell' naue, nell' quale siamo condotti qua. Saperà V. R. P. qualmente di puo di esser per più uolte imbarcati et partiti in vna naue genouessa per Spagna, la cui gente comenciando del capitano con assai de suoi marinari et tutti ij pasagerj confessati et comunicati in Palermo, per causa di fortuna fossemo più volte ritornati in Sicilia, la onde il capitano, la cui speranza solamente era nelle orationi di quelli dell' nostra Compagnia, vedendo per tante volte esser ritornato in detta Sicilia, pensando così esser la volontà de Dio non andar in Spagna, muttò di parere, et ci aconsigliò passassimo in Genoua in vna naue grosa et ben armata nell' quale di puo di imbarcati [a] così come nel exterior dimostraua esser potente et forte per causa dell' artelleria, così anche nel interior [b] era debile et fiaca et pouera di buone opere. De tal maniera che essendo prospero il viagio, il frutto era sterile et ben sterile; però volse Iddio benedetto che tanta gente non giongesse all' pascha sensa confessarsi [c], et così il sabbato sancto ci mandò tanto vento, essendo in vn porto di Sardegna, che nisuno haueua speranza dell' sua vita; finalmente nell' detta notte ci confessorono tutti quelli casi dell' naue, et ci perdonorono molte offense, et ci fecero altri bene, che per breuità non scriuo, et ci furono confessioni di grande importanza, de molto tempo, come de 28 anni [d] et altri etc., et in persone di authorità; et anchorchè nell' naue ci herano religiosi di bona vita, tamen tutti par che haueuano deuosione a confessarci con quelli dell' Compagnia. Fu tanta finalmente la edificationj tanto di marinari, quanto di pasagerj verso quelli dell' Compagnia, che di può non sapeuano che farci incominciando del capitano dell' naue fin al minimo, in tanto che essendoci necessità in naue [e] dell' cose bisognosse al vitto, comandò alli suo spensieri ed altri officiali dell' naue che nisuna cosa ci mancasse; ed abenchè hauessemo al fratello Scipione Comitoli molto amalato, mai cosa veruna li mancò, et herano grandemente edificati in vedere che potendo senza domandare hauer ogni cosa necessaria per il corpo, voliamo esser' prinj et hauer necessità de ogni cosa. Quando in naue intramo, non ci senteua ed odiua altra cosa che biasteme. Quando di naue uscissemo, non solamente non ci biastemaua, però nè anche dicendo il vero ci juraua, però tutti laudauano Iddio; et così il laudamo noi, poichè ci degna di seruircj di tanto vili strumenti, et prae-

---

[a] *Del.* tanta era. — [b] *Videtur emend. ex* exterior. — [c] confesaci *ms.* — [d] anni *add. supra vers.* — [e] in naue *supra vers.*

cipue di me, il qualle de ogni cosa che nelli altri reprehendo, potrebbe esser ripresso, o al presente, o per il passato; et questo solo hauia di esser causa che le mie o amonicioni, o reprehensioni non haueuano di esser acceptate, et tamen il misericordioso Signore non riguarda la mia mala vita passata; ma desydera che per il aduenire mi emende, et uuole che così come hè consumato le mie forze et o posto industria in offenderlo, così anche habbia di farlo in seruirlo et amarlo et patir per il suo dolce nome. Molte altre cose scriuirebbe a V. R. P., però parte per non quella fastidiare, parte per la mia debiltà a causa di alcune febre che qua ho hautto, farò fine pregando quella ci uoglia (come altra volta o domandato) de costì mandar a tutti quatrj suoi minimi figliuoli la sua benedictione et pregar al S.re per noi siamo fideli serui come sono necessarij in quelle parte de la India. Di Genoua a 23 [a] di Aprile 1561. — D. V. R.da P. s. indegno et figliolo in Xpo.

VINC. TONDA [1].

502

BALDUINUS AB ANGELO

TREVIRIS 26 APRILIS 1561 [2].

1. *De prima et altera studiorum instauratione. Concursus ad scholas. Convictus desideratur. Lectionum catalogi longe lateque sparguntur. Regulae ad scholasticorum profectum. Litterariae exercitationes.* — **2.** *Domesticae res. Duo candidati, quorum unus sacerdos, admittuntur. P. Rector decanus facultatis theologicae eligitur.* — **3.** *Contiones cum auditorum plausu et profectu in duobus templis habentur.*

---

[a] *praecedit alius num. plane deletus.*

---

[1] Hispanus valentinus. Anno 1562 e Lusitania in Indiam navigavit, unde rediit anno 1570.

[2] Ex apogr. coaevo in cod. *Germ. 139*, ff. 64-67; prius 208-211 (195-198). Auctor repetit non pauca quae sunt in litteris die 16 Februarii datis. — Ea hic omittemus, lectore ad superiores litteras remisso. Vide etiam *Lainii Monum.*, V, 497 sqq.

Adhortatio ad Patres Cartusianos. Oratio de laudibus Divi Thomae Aquinatis in novi universitatis rectoris electione. — **4.** *Fructus ex paenitentiae sacramento perceptus.* — **5.** *Archiepiscopi, suffraganei et aliorum erga socios benevolentia.*

1. ✝ Pax Christi. [*Ex oboedientia scribit, quae quatuor mensibus in collegio acciderunt. - Studiorum inauguratio. Vide pag.* 164-165]. Recitata etiam sunt carmina de eadem materia per quendam ex illustri familia adolescentem, quibus multum recreati et in magnam spem excitati vniuersi fuerunt, quemadmodum ex multorum sermonibus auditum est... His ita cum totius ciuitatis letitia peractis, nostrarum facultatum lectiones publice [a] profiteri coepimus 10 Februarij, in quibus auditorum frequentiam et assiduitatem sumus mirati, maxime propter hiemis asperitatem, quae studiosis inimica esse solet. Nam in theologicis lectionibus, vix vnquam absens fuit R. D. suffraganius et D. abbas S. Martini, qui duo in hac ciuitate gratia et autoritate plurimum valent. Neque vero hac temporis iniuria cohiberi potuerunt plurimi alij in scolis triuialibus studiosi, quominus posthabitis alijs studiorum locis, Treuerim venirent, maxime autem ex scola duisseldorpensi, que inter triuiales a multo tempore celeberrima habita est, et studiosorum multitudine commendata. Hoc cum illius scole moderator [1] (qui heretice labis contagione infectus dicitur) obseruaret, ac [b] multos ex discipulis suis Treuerim venire animaduerteret, longe plures quam antea scolasticas exercitationes assumpsit, quibus tamen discipulos suos vix retinere potest. Cum autem multis persuasum sit primam apud nos curam esse vt primum bene viuendi, deinde bene studendi rationem studiosis nostris tradamus, ne scientiarum fructus morum turpitudine offendatur; fit vt multi nobiles ac clari viri vehementer nos rogent pro conuictoribus suscipiendis, neque existimo Patrem rogare desinent, donec eorum postulationi satisfiat. Caeterum quo studiosis illis fieret satis, qui post studia inchoata huc venerunt, hoc festo paschatis secundam studiorum renouationem instituimus, in qua a principio ea omnia in singulis classibus tradere coepimus, que ad curriculum artium emetiendum neces-

---

a publicae *ms.* — b ac *supra vers., deleto* ad.

---

1 Vide p. 165, annot. 3

saria sunt. Quamobrem curauimus [a] denuo catalogum lectionum, quas hac aestate professuri sumus, tipis mandare, ac per celebriores ciuitates mitti, ex quo multorum expectationi satisfactum esse accepimus. Multi enim qui propter hiemis seuitiam venire non poterant, hac studiorum innouatione audita, ilico Treuerim venerunt. Nunciatum etiam nobis est Confluentiae plurimos esse sacerdotes, qui composita omni supellectili huc studiorum gratia venturi sint: quod faustum iucundumque ecclesijs Germaniae futurum speramus, quae propter sacerdotum ignorantiam vastissimis errorum tenebris circumfuse, veritatis lumen intueri non valent. Hac porro secundi catalogi promulgatione effectum est, vt Societatis nomen longe lateque diuulgatum sit, ac illis hominibus gratum esse incipiet, qui vtilitatem, quam ex Societatis Patribus vniuerse reipublicae manare sentiant, iam clara luce intueantur. Fuit autem Societatis nomen in primo catalogo suppressum certas ob causas, quibus R. archiepiscopus adductus fuit. Antequam vero studiorum hanc innouationem inchoaremus, publicum omnium auditorum examen instituimus, quo commodius pro cuiusque eruditionis conditione discipulos classibus idoneis distribuire possemus; quibus etiam regulas aliquas nostris Constitutionibus accommodatas proposuimus, ex quarum obseruatione in literis et moribus non exiguum fructum consequentur [1]. Hoc vero studiosorum examine finito, presente rectore vniuersitatis, abbate preterea S.[i] Martini, cum nonullis alijs claris ac nobilibus viris, oratio publice habita est ab vno ex studiosis adolescentibus, de diligentia in studio comparandae virtutis adhibenda. Carmina quoque ab alio nobili puero de eadem materia recitata sunt. Lectiones porro huius secunde renouationis auspicati sumus 20 Aprilis, in quibus sex professores cum magna diligentia versantur. Duo in theologia, totidem in philosophia, ac postremo alij duo in rhetorica et humanitate; ex quibus duo proxime a R. P. Prouinciali [2] huc missi sunt; quorum vnus est R. P. Maximilianus [3], theologiae licentiatus et professor, qui lectionum suarum initio assertiones

---

a *Iteratum v.* curauimus *in ms.*

---

[1] Has regulas vide ad calcem huius epistulae. Vide *Lainii Monum.* l. c. 499.

[2] P. Everardus Mercurianus.

[3] P. Maximilianus a Capella (de la Chapelle). Vide *Lainii Monum.*, V, 636, 419, 481, 497.

theologiae de Christi ac nostra satisfactione, presente rectore vniuersitatis, ac nostri archiepiscopi fratre, abbatibus quoque duobus, et alijs plurimis audientibus, cum magna commendatione defendit. Alter vero est magister coloniensis [1], qui rhetoricam profitetur. Atque haec de studiorum renouatione sufficiant.

2. Nunc, R. et obseruande Pater, rei domesticae rationem, ea qua potero breuitate et perspicuitate, perstringam. Sumus in hoc collegio 17 [a] numero, qui omnes optima mentis et corporis incolumitate affecti sunt, vti ex obedientiae studijs, in quibus diligenter incumbunt, et totius corporis constitutione licet cognoscere. Inter quos (praeter decem sacerdotes et tres fratres, qui partim ex Italia, partim ex Flandria huc missi sunt) duo ad Societatem admissi sunt, quorum [unus] [b] coqui officio a quatuor iam mensibus fungitur, et quotidianis in spiritu incrementis ita vertitur, vt in dies melior et perfectior fiat; alter vero est sacerdos et canonicus ex familia honesta, qui, abiectą canonicatus commoditate, in magna hiemis asperitate Treuerim ad Societatem venit. Hic ad omnia officia domestica subeunda ita paratus est, vt nobis multum alacritatis et edificationis adferat cum magna hilaritate. Modo sacelli nostri custodem agit. R. P. Rector [2] eo die quo nouus vniuersitatis rector electus est, theologiae facultatis decanus presentium suffragio designatus est. Idem R. Pater in re domestica administranda et scolasticis studijs dirigendis cum magna sedulitate et cura versatur. Nam res familiares ita moderatur, vt ad obseruationes Constitutionum et regularum nostri Instituti diligenter attendatur; ad quarum sedulam obseruationem excitamur per regularum expositionem, qua 6.ª feria P. Rector diligenter incumbit. Vnusquisque in officio sibi ex obedientia commisso studet non negligens inueniri. Omnes preterea, tam sacerdotes, quam layci, ipsō statim studiorum principio vota sua renouarunt, quo in officijs ab obedientia impositis alacrius et sincerius versari possent. Poenitentias etiam sibi dari humiliter petierunt.

3. Duo concionatores nostri in ecclesijs amplissimis munere suo assidue funguntur, vnus in summo et metropolitano ciuitatis templo, alter vero in ecclesia B. Mariae Virginis; qui ambo

---

a 17 *iter. supra vers., quia obscure primum exaratum.* b *Desideratur* v. unus *in ms.*

---

[1] Ioannes Herbetius. *Lainii Monum.* I. c. 498.
[2] P. Antonius Vinck.

ita grati populo existunt, vt maximus speretur fructus. Nam[a] dominicis ac festis diebus tanta solet esse populi frequentia, vt non paruam nobis admirationem adferat. Omnes vero gratos sibi esse concionatores non obscura obedientiae significatione declararunt. Etenim cum[b] die quodam concioni interessent, sciretque concionator ciuitatis populum diem illum potationibus consumere consueuisse (qui sane dies non raro sunt in Germania), in media concione eos hortari coepit, vt Spiritus sancti gratiam implorarent, qua adiuti peccata haec euitare possent. Ilico omnes (quod admiratione dignum fuit) humi prostrati cum maxima animi submissione se velle ab hoc intemperantiae vitio abstinere testati sunt. Petierunt hoc quadragesimo tempore Cartusiani Patres vti aliquis nostrum exhortationem spiritualem apud eos haberet[c]; quod eis concessum est a Patre Rectore propter morem quem a nostris Coloniae obseruatum esse affirmarent; cui exhortationi duo abbates cum nonnullis sacerdotibus honestis interfuerunt. Pronunciata est preterea oratio de laudibus D. Thome Aquinatis a quodam ex nostris fratribus, quemadmodum fieri consueuit in noui rectoris vniuersitatis delectu. Assumptus autem est in rectorem generosus dominus prepositus summi templi[1], nobis addictissimus, qui autoritate sua vniuersi[ta]tem hanc promouere et tueri poterit.

4. Neque hic vberrimus fructus, quem ex confessionibus crebris collectus est, supprimendus videtur. Hoc Natiuitatis festo inter multos qui nostris confessi sunt, tres fuerunt peregrini ex pagis ciuitati proximis, senes admodum et aetate profecti, qui, cùm a quodam ex Patribus nostris auditi fuissent, et honesto prandio recreati, ad propria sunt remissi, quod non satis accurato iudicio longiorem peregrinationem suscepisse videbantur. [*De fabri aurarii curatione. Vide pag.* 166]. Hoc ieiunij tempore magna fuit confitentium multitudo, nec ciuium tantum, sed externorum maxime[d], qui nomine Societatis audito, per magnum itineris spatium Treuerim venerunt, vt nostris quedam conscientiae arcana detegerent. Plures sane cum ingenti eorum fructu confessi fuissent, nisi propter huius idiomatis imperitiam ceteri sacerdotes prohibiti fuissent. Nec pauci quoque fuerunt, qui libros hereticorum charissimos a nobis exuri passi sunt.

---

a *Oblitt. v. in ms.* — b cum cum *ms.* — c haberent *ms.* — d maximae *ms.*

---

1 Godefridus a Walderdorf (Wallendorf). Reiffenberg: l. c. 87, annot. m; Hansen, l. c. 417.

P. Andreas Walkenburgius, qui in audiendis confessionibus sedulus fuit, Popardiam his diebus missus est, vt nomine pastoris [1], qui spiritualia hic suscepturus est exercitia, agrum Domini ad tempus excolat.

5. Superest nunc, R. in Christo Pater, vt beneuolentiam, qua vniuersus hic treuerensis populus, atque in primis R. archipresul nostram Societatem prosequitur, declaremus; ex quibus cognoscere licebit quanta clementia Deus Opti. Max. res Societatis curet, administretque. A nostro igitur in hac vrbe aduentu reuerendissimus archiepiscopus, abbates, canonici et vniuersus denique Senatus ad tantam spem sunt erecti (cum prius de interitu huius reipublicae metuerent), vt nostrorum studio religionis ac ciuilis facultatis statum in pristinam pietatis formam restituendum affirment, publiceque fateantur: quam bone spei cogitationem in primis illustrissimus hic princeps plurimis beneuolentiae significationibus declarauit. [*Vide sup. pag.* 163]. Libros etiam cuilibet professioni vtiles ac necessarios emi nobis curauit, qui non minus trecentis aureis constiterunt.... Idem R. dominus [suffraganeus] his diebus iussu reuerendissimi archiepiscopi in prandio nobis adfuit, in quo ex lectione literarum quadrimestrium, quas tunc ex vrbe acceperamus, ita recreatus fuit, vt, finito prandio, eas denuo legere voluerit.... Neque hic aliorum praeclarorum virorum beneuolentiam erga nos preterire possum, qui studium promouendi hoc collegium, quod semel amplexi sunt, nouis in dies beneficijs declarant; inter quos sedulo in hoc incumbit generosus et venerabilis dominus prepositus maioris ecclesiae cum nonnullis alijs archidiaconis et canonicis. Is enim statim atque catalogos renouationis studiorum accepit, priuatum quendam nuncium in Galliam misit, cui etiam literas ad quendam clarum virum in nostram commendationem deferendas tradidit. Mirantur sane quamplurimi totius societatis statum a nostro aduentu ad tantam concordiam tranquillitatemque renouatum esse. Monasteriorum abbates multis verborum ac beneuolentiae significationibus declarare contendunt eorum religionis constitutionem [a] poene collapsam, nostro labore restituendam esse. Quamobrem assidue operam suam nobis offerunt rogantque sepius Patrem rectorem vt aliquem ex nostris ad eorum monasteria admittat, qui suos monachos ad instituti sui prelectionem[?] co-

[a] contitionem *ms. sine ullo abbrev. signo.*

[1] Is erat Petrus Phaë. Vide *Lainii Monum.* l. c., 500.

hortetur. Omnium librorum quibus initio studiorum egebamus. liberalissime copiam nobis fecerunt. [*De benevolentia ex sacris in aliorum templis peractis, et de aedibus. Vide pag.* 167]. Treuiris ex collegio Societatis 26 Aprilis anno 1561. Ex commissione Patris Rectoris.

BALDUINUS AB ANGELO [1]

Desideratur inscriptio.
Alia manu in marg. Treuer. 26 Aprilis 1561.

502 bis

REGULAE SCHOLASTICORUM TREVIRENSIUM [2].

1. Ad bonum studiosorum et Vniuersitatis statum pertinere videtur vt quilibet studiosus lectiones frequentare volens. examinj studiorum prefecti se subijciat, ab eoque inscribi postulet, ex cuius arbitrio eas audiet lectiones. quae ei praescriptae fuerint. ac habitationis domum indicabunt. etiam quando ex eis ad alias migrabunt.

2. Determinato a preceptore tempore Rectorem Vniuersitatis conueniet. et ab eo matriculae ascribatur. quo preuilegijs et prerogatiuis gaudere possit.

3. Diebus singulis missae sacrificio intersint, ac feriatis diebus sacras conciones in Ecclesia et explicationem Euangelij in scholis audient, et reliqua pietatis et religionis christianae exercitia suo tempore adimplebunt.

4. Nulla iuramenta, nec iniurias, aut rixas vel quid inhonestum aut dissolutum in scholis et extra scholas exercebunt.

---

[1] Vide p. 167, annot. 1.

[2] Ex apogr. coaevo in cod. *Germ. 142*, f. 253; prius 196 (182a) Has regulas significat P. Vinck in epist. die 27 Aprilis 1561 data, cum dicit se illarum apographum Romam mittere. Easdem elegantiore stilo effert Sacchinus (*Histor. Soc. Jesu*, part. II, l. V, n. 173), ex quo eas mutuatus est Reiffenberg (*Histor. Soc. Jesu ad Rhenum inferiorem*, lib. IV, cap. III). Qui tamen auctores falluntur, dum scribunt has regulas affixas esse in prima studiorum instauratione, cum ex litteris quadrimestribus et ex Patris Vinckii epistula appareat eas in altera affixas. Iuvabit eas cum praescriptis, quae habentur in *Constitutionibus Soc. Iesu*, part. IV, cap. 16 et 17 conferre.

5. Cum armis, et militarj aut indecoro habitu ad scholas nullus accedat.

6. Ordinem studiorum a preceptore praescriptum diligenter obseruabunt, neque a lectionibus aut disputationibus se absentabunt, aut post pulsum venient, nisi preceptoris venia prius impetrata.

7. Diebus dominicis et festis, hora statuta declamantem latine, aut graece audient.

8. Ecclesiae praelatos ac coeteros viros honestos, debita reuerentia prosequentur.

9. Catalogum librorum quos habent, praeceptorj ostendent, ne libris vtantur nisi vtilioribus.

10. Qui in premissis negligentes fuerint, mulcta pecuniaria afficientur, aut alia pro arbitrio Rectoris, quae conseruabuntur a discipulo a praeceptore designato in vsum ipsorum auditorum, vti ipsis praeceptoribus et Rectori collegij visum fuerit.

Ement cathecismum caesa. Maiest. et ediscent [1].

A tergo. ✝ Hec auditoribus postquam examinati sunt, obseruanda proponuntur.

Alia manu. 1561. Treuere. Regole per li scholari.

503

MICHAEL GARCIA

VALENTIA 26 APRILIS 1561 [2].

1. *Cives frequentes ad sacramenta suscipienda accurrunt.* — **2.** *Sociorum numerus. Complures in Societatem admissi; quos inter sacerdos doctrina et virtute clarus.*

1. ✝ Muy R.do en Chro. P.e Pax Christi etc. [*Communibus rebus relictis, specialia scribet. Socii bona fruuntur valetudine.*] Estos días passados vino vn julibeo, y assí en el julibeo como en la quaresma, a venido tanta gente a confessar a nuestro collegio, que bien claro muestra toda la ciudad el gran crédito

---

[1] Intelligitur catechismus a P. Petro Canisio compositus.

[2] Ex autogr. in cod. *Hisp. 98*, f. 148: prius 361. Praecedit exemplum latinum in ff. 146, 147.

de la Compañía y de los confessores de ella. Entre año freqüentan muchos los sacramentos en nuestro collegio. De los grandes males que por confessiones que han oído los Padres se han remediado, y de los grandes prouechos que se han [a] seguido de esto al bien común de la ciudad, y de la grande admiración que muchos de la ciudad an tenido de ver remediados muchos males, del remedio de los quales estauan desconfiados, no me pareció escreuir en particular, por ser tantos, que fuera difficil cossa escreuirlos.

2. Todos los Padres y hermanos de este collegio son 22. Padres ay 7; dos de ellos predican freqüentemente en diuersos templos de la ciudad, y agora se enseñará la doctrina christiana, haziendo en cassa pláticas de ella. Entre los hermanos ay 4 theólogos, y 3 artistas. Estos 4º messes se han reçebido 6; todos buenos subiectos en fuerças, erudiçión y virtud, entre ellos vn sacerdote docto y muy exemplar. Muchos an quedado espantados de su entrada, y otros con su exemplo se han mouido a dessear y pedir la Compañía, porque su prudencia en aconseiar próximos, y su caridad en fauoresçerlos, y la sancta vida quo hazía, estaua en lengua de toda la ciudad; y con auer estado toda su vida apartado de ser religioso, el día del glorioso sanct Ignacio, teniendo el sanctíssimo sacramento en las manos, le dió desseo de ser de la Compañía, y luego lo puso por obra: Dios nuestro Señor dé perseuerancia en lo començado [1] [*Preces postulat.*]

De Valençia a 26 de Abril año de 1561. Indigno hijo y sieruo de V. P.

García [2].

---

a ha *ms.*

---

[1] Fuit is P. Petrus Gascón ex oppido Saviñán, Societatem ingressus die 2 Februarii 1561. De eo late agit Alvarez, in Historia ms. Prov. Aragoniae S. I. lib. IV, cap. 30.

[2] In catalogo coll. valentini, qui ex contextu apparet scriptus exeunte anno 1561 (cod. *Aragon. 15,* f. 59) de eo dicitur: « El herᵒ. Miguel García, de nación castellano, natural de Uillanueua de la Xara, obispado de Cuenca, es de edad de 25 años. Entró en la Compañía en Valencia ha 3 años. Es buen latino. Oye al presente artes y señálase mucho en ellas; tiene capacidad para todas letras, así por tener buen juizio, como por ser de claro ingenio. Está bien aprouechado en las uirtudes; es afficionado a oración etc »... Cum his concordant responsa ad interrogationes Patris Nadal (IV, 272).

504

P. PETRUS NAVARRO

GRANATA 29 APRILIS 1561 [1].

1. *Sociorum numerus. Valetudo. Tironum exercitationes. Novarum aedium exstructio. Philosophica et theologica studia.* — **2.** *Fidei rudimenta tum carcere inclusis, tum mauris neochristianis, tum vulgo promiscue per plateas traduntur.* — **3.** *Contiones in diversis templis urbis habentur.* — **4-5.** *Frequens ac frugifer ad sacramenta concursus, immani praesertim terrae concussione animos territante. Feminarum virorumque conversionum exempla.*

1. † Ihs. Muy R.do en Chro. P.e N. — Pax Christi etc. Las cosas que se ofreçen escreuir de este collegio a V. P. de estos 4º meses son estas: Estamos en esta casa y en el Albaizín 47, y bien de salud corporal: gloria al Señor. Los de la probaçión se ocupan en ofiçios bajos, ayunos y disçiplinas y otras mortificaçiones, y en la guarda de las reglas; en lo qual todo aprouechan medianamente, y esperamos en el S.or que aprouecharán más quando estemos en nuestra casa [2], que será para el fin de este Agosto que viene, placiendo a el S.or, por la commodidad mayor que haurá para estar distinctos los nouiçios de los que no lo son. Los estudiantes, artistas y theólogos, continúan sus estudios con mediano aprouechamiento en ellos, y edificaçión de los estudiantes con quien tratan; tienen tanbién sus conclusiones en casa, y uienen a ellas sus condisçípulos; en lo qual tanbién se aprouechan los vnos y los otros.

---

[1] Ex origin. in cod. *Hisp. 96,* ff. 87, 88; prius 489. Exemplum hispanum anni notatione caret, et inter epist. anni 1558 collocatum est. Alia manus scripsit initio: « Dopo l'anno 1559 »; et tertia, in fine: « sine anno ». In cod. *Hisp. 98,* ff. 154 a, 155, exstant duo exempla latina huius epistulae, sine auctoris nomine, sed in quibus annus clare exprimitur. In primo: « Granatae tertio Callendas Mayii anno nati seruatoris nostri 1561 »; in altero... « anno nati dñi. nostri seruatoris 1561 ». Est etiam Coloniae apogr. latinum datum 29 Apr. 1561.

[2] Cf. *Litt. Quadrim.,* VI, 130 (n. 10).

2. Pláticas de la doctrina se han hecho ordinariamente los domingos a los presos de la cárçel de la çiudad y de la chançillería; y juntamente con la refectión spiritual toman la corporal, que los deuotos les hazen, y les dan tanbién rosarios; y los presos dan los naypes con que juegan, que ellos [a] mesmos ofresçen de su uoluntad. Tanbién se ha començado a dezir a los moriscos presos la doctrina christiana en aráuigo, y se continuará con el fauor del S.[or], y vno de los hermanos que aprenden el aráuigo, les ha començado a enseñar la doctrina, como tengo dicho. Tanbién otro P.[e] va las fiestas a vna plaça, y llega a los que están en ella, y les haze vna breue plática, y de allí los lleua diziendo la doctrina a vna yglesia donde les haze plática de la mesma doctrina.

3. En esta quaresma salieron algunos a predicar fuera de la çiudad a vna hermita de S. Lázaro, a la qual yuan los viernes hombres y mugeres en tanta cantidad, que en el domingo de Lázaro [1] fueron 3, y predicaua cada vno en su puesto, y aun toda la gente no podía bien oyr. Lo que en estas salidas se pretendía, fué estoruar las ocasiones que auían de ofensas de Dios, y lo otro despertallos del sueño de sus vanidades, y tratasen de seruir a el Señor. Otros 3 Padres, fuera de los dichos, han predicado en diuersas parrochias de la çiudad. El P.[e] maestro Baptista, en 3 parrochias; el P.[e] Rector en dos o tres yglesias; y el P.[e] maestro Albotodo, por las parrochias de los moriscos; y aunque en los sermones de los dos se ha sentido fruto en las almas y moçión y mudança de vida; pero en los sermones del P.[e] Albotodo se ha notado mucho la atençión con que los moriscos le oyen, y moçión y lágrimas de algunos a quien el S.[or] despierta por él.

4. Por auernos proueydo el S.[or] de copia de confesores, a [b] sido mucha más la mies de estos 4[o] meses, que en otros tiempos, que no auía tantos. Ha hauido muy muchas confesiones generales, y muy particular fruto en ellas, y perseuerançia en la frequençia de los sacramentos; y la causa de esto a sido los

---

a ellos *supra vers., deleto, ut videtur, eodem v.* — b *Emend. ex* ha.

---

[1] Sic etiam in exempl. latin. « ...quo feriis sextis tanta hominum ac mulierum copia confluebat, vt diui Lazari dominico die... ». Evangelium vero de Lazari resurrectione legitur feria sexta post dominicam quartam quadragesimae, seu biduo ante dominicam passionis.

temblores de tierra grandes y muchos que a auido, tanto que la gente se salía a los campos y plaças a dormir de noche teméndose de que las casas los auían de tomar debajo; y para que los cogiese la muerte aperçebidos confesauan, como digo, generalmente y a menudo.

5. De las muchas cosas particulares que se han ofreçido de edificaçión diré algunas para que de ellas se collijan las demás. Vn hombre mouido de una plática que hauía oído a vn P.e de los nuestros, se vino tras él y su compañero, diziendo que auía 4º, o çinco años que no confesaua, y estaua apartado de su muger, y que lo confesasen; y se confesó y determinó de boluer con su muger y dexó el grande odio que contra ella tenía, y hizo gran mudança de vida. Otro que en 50 años no se auía confesado bien, después que oyó a vn P.e de los nuestros vna plática, vino hincándose de rrodillas y diziendo que era gran pecador, y que se quería confesar con él, y se confesó generalmente. Otro que auía 5, o seys años que biuía en grandes pecados, que auía ya llegado en desesperaçión de alcançar perdón dellos, oyendo que oyó vna plática a un P.e, se vino tras él, y contándole lo que pasaua se confesó con él, y conuertió con gran mudança de vida. Otro que biuió muy distraydo toda su uida, se recogió tanto después que se confesó con los nuestros, que dió muy buen exemplo a los que antes auía scandalizado con su mala vida. Otro auía ansí mesmo biuido muy desconcertado, y se confesó generalmente, y después de auer perseuerado en freqüentar los sacramentos, le dió el Señor deseos biuos de servirle con perfectión, y para hacerlo se metió en religión. Otro a este tono se metió en la Cartuxa. Otro hombre casado auía 8 ó diez años que tenía por mançeba a otra casada, cuyo marido estaua absente; y era su ceguedad tal que se leuantaua de con su muger y se yua a estar con la mançeba, y no auía quien le persuadiese a que la [a] dexase dos o tres [b] días; y se confesó en casa generalmente, y nunca más a buelto a élla, y se confiesa de en 8 en 8 días, y a traído a otros a confesar, poco menos perdidos que él, y anda muy feruoroso y alegre, y biue muy contento con su muger, llorando sus pecados pasados, pidiendo a el S.or perdón de ellos. Otro auía más de 20 años que a sabiendas no confesaua vn pecado, y vino a casa y confesó muy bien. Otro auía más de 40 años que no confesaua a derechas, y el S.or le dió tanto conoscimiento, que se con-

---

[a] la *supra vers.* — [b] tres *supra vers.*, *deleto* 8.

5. El P.e Gutiérrez [1], rector del collegio de Plasencia, a estado aquí esta quaresma entendiendo en cierto negocio de aquel collegio, y dando al negocio lo que le era necessario, le sobraba tiempo para poder predicar 4 sermones cada semana, vltra de otras pláticas que hacía a personas particulares. Agradó mucho en este pueblo, porque luego que fué conoscido, acudía a le oyr gente noble y letrados más que a ningún predicador, aunque los ay en esta villa buenos. Tiene muy abundante y copiosa doctrina, y iunto con esto gracia en el decir, y lo que más admira, es que habla con el coraçón, como si le viesse: esto salen diciendo dél los que le oyen. Luego que supieron esto los canónigos y otros perlados de la yglesia mayor, le pidieron sermones para su yglesia, y ansí les predicó tres sermones: el de la Magdalena, passión y ressurrectión, y el domingo que viene, les a de predicar otra vez. Otros Padres an sido llamados de otros pueblos comarcanos a este, en donde an sido bien recebidos.

6. El fructo de los sermones cojen los Padres que confiessan; anse hecho muchas confessiones generales, y an salido muchos de peccado y mala vida, y muchos se an confessado que avía 20 y 30 años que no se avían confessado bien. Vn hombre dijo a vn Padre que en ninguna manera le podría decir peccados tam abominables como tenía, y el Señor, por la amonestación del Padre, le esforçó a los confessar. Otro avía muchos años que estaba amancebado, y vn Padre trató con él que dejase la mala vida, y confessándole, lo hizo ansí. Otro estaba cercano a la muerte (porque luego passada media ora murió), que estaba descomulgado, y fué llamado vn Padre para que le hablase, y declarando en quanto peligro estaba, salió de la excomunión [a], y se confessó; y ansí dió el alma luego. El mismo Padre hizo amigos a otros que tenían grande enemistad por la muerte de vn hombre. Cierta persona recojía y encubría en su casa dos que vivían en el peccado de la desonestidad, y permitiendo el

---

a comunion (!) *ms.*

---

[1] P. Martinus Gutiérrez.

Señor que de repente muriese quien con su possada favorescía el peccado, los otros se apartaron de la mala vida, y el vno se vino a confessar a nuestra casa muy atemoriçado, al qual instruyó el Padre en que se apartase de los laços del demonio. Confiésanse algunas personas de quien depende mucha parte de la gobernación del reyno, en lo qual creo se sirbe el Señor mucho. Era tanta la gente que concurría a se confessar, que creo no bastaran doçe confesores a cumplir con todos; y ansí se admitían aquellos en quien se esperaba hazer más probecho. Avíase de sacar a quemar vn clérigo por atrocíssimos casos, como pareció por su sentencia, y embiaron a llamar vn Padre para que le esforçase a llebar con buen ánimo la muerte. Estubo toda la noche velando con él y tardó siete horas en le confesar generalmente de toda su vida; y acabada la confesión, le dió tanto dolor de sus peccados, que parescía rompérsele el coraçón. En todo el proceso de su condenación, le acompañó el Padre hasta que le dejó ya muerto; acabó con tan feliz muerte, que con aver sido hombre muy pestilencial, dexó en todos grande esperança de su salud, que parescía ser mayor su dolor que los peccados cometidos. [*Preces postulat.*] De Valladolid a 1°. de Mayo de 1561.

De V. P. mínimo y indigno hijo en Christo Señor

†

Oriue [1].

518

HENRICUS RICKMAN

VINDOBONA 1 MAII 1561 [2].

1. *Sociorum numerus. Valetudo. Conatus religiosae perfectionis adquirendae.* — **2.** *Festum nominis Iesu, Hosio cardinali sacrum celebrante, legato Delphino, archiepiscopo strigo-*

---

[1] Vide sis *Litt. Quadrim.*, V, 887.

[2] Ex apographo coaevo *(A)* in cod. *Germ. 143*, ff. 33-36; prius 38-41. Aliud apogr. *(B)* est in cod. *Germ. 139*, ff. 70-73; prius 34-37. Tertium denique in eodem codice ff. 136-139, per errorem inter epistulas anni 1562 collocatum. Aliqua verba quae neglegenter scripta erant in *A*, emendavimus ex *B*.

niensi, episcopis viennensi et matrutiensi, aliisque primariis viris adstantibus, sollemnissime peragitur. Tanti hospites post prandium ingenioso lusu recreantur. — **3.** *Duodecim socii peregrinatum mittuntur: et felici quidem successu.* — **4.** *Caritatis opera in sublevandis pauperibus, aegrotis, incarceratis. Paces initae.* — **5.** *Per bacchanalia et quadragesimam socii turmatim palamque se flagellant, quos alumni fervide imitantur.* — **6.** *Quattuor socii sacris initiantur. P. Rector sollemnem professionem vovet multiplici praemisso exercitio humilitatis.* — **7.** *De noviciis eorumque institutione.* — **8.** *De collegio novo. Plures convictores admitti cupiunt, quam quos aedes angustae capere posunt.* — **9.** *De scholis et scholasticorum in litteris et virtutibus progressu; quorum aliqua egregia opera enarrantur. Iosephi comoedia cum ingenti applausu agitur.* — **10.** *Viri et feminae frequentes ad sacramenta accedunt. Curatur ut aegroti et impediti iubilaei gratiam assequantur. Abusus tolluntur.* — **11.** *Contiones cum fructu habentur.* — **12.** *De Caesaris, de Maximilliani et aliorum erga socios benevolentia.*

1. Exacta quadrimestris spatij periodus postulat vt caesarei huius collegij res, Deo Op. Max. duce gestas, breuiter ac perspicue R. P. explicemus. Doctore Ioanne Zeidel [a] et Anthonio Flandro exceptis, qui Tirnauiam nouj in Hungaria fundandi collegij causa, missi sunt, vniuersi numero quinquaginta duo hic sumus: inter quos 11 sacerdotes [b] existunt [c], vt nouitios omittamus. Quod ad spiritualem omnium profectum attinet, curatur diligenter, vt in omnibus φιλαυτία ex nostris animis euulsa, in preclara obedientiae, submissionis ac paupertatis studia incumbamus. Ad quod non poenitentiae tantum publicae, crebraeque exhortationes; verum etiam votorum, quibus ex instituto Societatis astricti sumus, instaurationes, atque in peregrinationem, carceres et ad xenodochia missiones, plurimum momenti adferunt. Singuli confessiones, quas generales appellamus, instituere, alij disciplinas, alij alias poenitentias, quibus anteactae vitae defectus diluerent, sibi concedi vehementer postularunt.

2. Festum Circumcisionis Dominj, in quo sacra vota ex more renouauimus, hoc est, festum nominis Iesu, apud nos maximi

---

a Zeidl *B. hic et inferius.* — b *Del.* sumus. — c *Del.* curatur.

viri decorarunt. Illustrissimus enim [a] cardinalis Hosius, qui eo [b] tempore Pont. Max. ad Caesarem legatus erat Viennae, solemne in nostra aede missae sacrificium celebrauit, tanto cum apparatu, quanto nunquam in hoc templo ante res diuina forte peracta est. Aderat et Reue.dis D. Delphinus eiusdem quoque Pont. legatus; tum Re.dis Archiepiscopus strigoniensis [1], praeterea viennensis [2] et matrusiensis [3] episcopi, necnon dominus Martinus Cromerus, regis Poloniae orator, aliique nonnulli primae nobilitatis viri; qui omnes apud nos, Rectore nostro [4] illis cum maxima omnium edificatione inseruiente, eodem die pransi sunt. His multum voluptatis attulerunt epigrammata graeca et latina, tonj haebraici, atque oratio de nominis Iesu laudibus a nostris [c] e suggestu pronunciata. Prandium clementiss. imperatoris nostri [5] decreto et impensis apparatum fuit. Sublatis iam mensis, quaeritur e primarijs illis viris, quos dixi, num relaxare nonnihil animos, chartis partim pictis, partim albis velint. Astabant multi ex illorum primatum familia arrectis auribus nobiles, magnoque videndi lusum istum desiderio tenebantur. Adfertur tandem lusus; tres, inquam, adferuntur stanneae honestae scutellae et nouae, in quarum vna eorum, qui fuerant eo die inuitati, in altera sanctorum quorundam nomina habebantur; in tertia demum chartae, partim albae, partim pictae, id est scriptae, in quibus pia opera quae quisque in venerationem illius sancti, quem sorte fuisset et gratia consequutus, obire debebat, continebantur. Ponuntur leges lusus pio affectu excogitatae, quibus recreari viri illi tanti honeste poterant; quas leges promittunt omnes se obseruaturos. Vbi vero singuli quid agendum sibi esset ex chartis illis pictis intellexissent, ita pie (dictu sane mirum) fuerunt affecti, vt quanto quisque vel crebriores eleemosinas pauperibus erogare, vel grauiores mortificationes exercere, vel asperiores poenitentias subire [d] moneretur, tanto amplius in Dno. gaudere videretur; vnde factum est, vt

---

a enim *supra vers.* — b eo *supra vers., deleto* pro (?). — c *Del.* de. — d subire *supra vers.*

---

1 Nicolaus Olahus.
2 Antonius Brus de Muglitz.
3 Dionysius Pioppi O. P. electus est die 17 Iulii 1560 episcopus urbis Modruss, in Croatia. Cf. EUBEL: *Hierarchia...* III, 264.
4 P. Ioannes de Victoria.
5 Ferdinandus.

is sacer ludus ad multorum principum aures cum magna eorum aedificatione peruenerit[a]. Adeo vt regina Bohemiae Maria [1], eum [b] ipsum edocta nuper in sua quoque aula pie vsurparit. Lusu illo absoluto, vesperis et laetaniis omnes pie interfuerunt.

3. Sed vt ad nos redeam, duodecim praeter omnem huius collegij morem sine pera et sacculo, imo etiam absque vllius, praeter quam Rectoris nostri literis, ad quatuor diuersas Austriae huius prouinciae partes ablegati sunt, vt aliquod suae paupertatis, aut potius pietatis specimen aederent. Terni autem, vno semper inter eos concionatore designato, omnes emittebantur; alij Hungariam versus; alij ad alias Austriae vrbes. Secundus sane (Deo honor esto) huius peregrinationis fuit successus; nam etsi haeretici saepe blasphemijs eos, aut se potius fatigarent, persaepe carceres, saepe eis mortem atque alia id genus minarentur; eo tamen animo fuerunt, vt nunquam fere de salute animarum bene moereri destiterint. Praeter quam quod conciones frequentes habuerunt, congregabant [c] nonnunquam in plateis pueros; quos docebant signum sanctae crucis aedere, symbolum apostolorum atque orationem Dominicam pie ad Deum fundere, ac praeterea clausulam illam « Sancta Maria mater Dei ora pro nobis peccatoribus [d] », a qua haeretici omnes abhorrent; visitabant crebro aedes aegrotorum, in componendis dissidiis et conciliandis animis proximorum valde laborabant. Vnde cum audissent inter [e] parochum quendam et eiusdem ciuitatis iudicem graues intercedere simultates, et alterum in alterius deformanda spoliandaque vitae ac dignitatis causa, nihil non facere; repente nostri domos illorum adierunt, illudque sunt assequuti vt inimicitias capitales tollerent, quas nunquam se illi, nisi cum alterutrius oppressione, depondituros iurauerant. Obuios fere quosque ad confessiones et meliorem viuendi rationem exhortabantur; iurandi, iurgandi, potandi, Deumque id genus vitiis offendendi, mores corruptissimos vbique pro sua virili abolere contendebant. Illud volgo [f] mirabile visum est, spreta omni stipendij et victus oblata spe, nulla pietatis officia per nostros negligi, imo eos vt in mandatis dederat Rector, antequam spiritualia seminarent, ostiatim mendicare; quod nouum pere-

[a] peruerit *A.* — [b] eum *supra vers.* in *A.*, *deleto.* pro(?). — [c] congrebant *A.* — [d] ... ora pro nobis etc. *A.* — [e] inter *supra vers. A.* — [f] vulgo *B.*

[1] Maximilliani uxor.

grinationis genus gratissimum audio patronis nostris fuisse, pluribusque nominibus ita apud vrbis huius primarios commendatum, vt vehementer idem a nobis saepe fieri optent.

4. Nec defuerunt nostris efficaces et feruentes in custodiis publicis [a] ac xenodochiis visitandis occupationes, vt videas nouam [b] passim horum locorum faciem consequj. Praetereo reos quorum plures, non modo eleemosinis hinc inde cura nostrorum emendicatis, horrendos carceris squalores [c] euasere; verum etiam vitam in melius commutarunt: nihil dico de aleis, chartis lusoriis et libris haeresi, incantationibusque pollutis, quos multj, eorumdem quoque opera, Vulcano tradiderunt. Taceo conciones [d], quas plures in supremo huius ciuitatis templo diuersisque monasteriis, paroeciis ac vtroque xenodochio, magno cum euangelij fructu habuerunt. Cum percelebres viri in mutuam famae dignitatisque perniciem, signis tamen nondum omnibus certis conspirasse viderentur, curauit vnus e nostris vt in pristinam gratiam illi reducerentur; quorum alter cum non multo post vnj ex nostris Patribus de peccatis suis confessus esset, sacramque de eiusdem manibus synaxim sumpsisset, animam Creatori suo, oleo prius sancto inunctus [e], reddidit.

5. Illis vero feriis quibus hominum volgus [f] insanire ac veluti debachari solet, nostri fere omnes laruati coenae tempore flagellis sua corpora in nostro triclinio conciderunt, prodeuntibus simul duodecim aut 14 in modum processionis, quibus vnus ex iis, qui collegij curam gerit, velut capitaneus aderat. Pr. Cornelius [1] qui caeteros praecedebat, dextera crucifixi, altera vero manu mortis simulacrum gestans, pios quosdam de mundi contemptione versiculos, alij psalmos singulari deuotione ad flagella excitantes recitabant. Hoc nouo bacchanaliorum genere collegiales exteri et nostri potissimum conuictores, qui tunc cibum nobiscum sumebant, perterriti, alij facies tegere, alij fusis per ora lachrimis a commestione abstinere; sequuta est tanta eorum a coena e sacris quibusdam colloquijs antistrophe, vt singuli pene idem penitentie genus se quam ocissime obituros pollicerentur: idque factum est, praecedente primum episcopo ab eis constituto, et duobus velut angelis psalmos recitantibus; deinde, praesente

---

a puplicis *A*, *B*. — b nouam *supra vers. A*. — c *Emend. ex* dolores.
d *Iteratur v.* conciones *in A*. — e inuctus *A*. — f vulgus *B*.

---

[1] P. Cornelius Brogelman, flander.

Rectore nostro, quem sibi adesse postularant, et eorum quoque praefecto comitante. Sequuti sunt conuictores, alio die, Patre Rectore etiam ab alijs exorato vt adesset cum alijs quibusdam fratribus. Ac fructum ex illa corporum percussione consecutum esse, vel inde cernimus, quod praesentes illi velut ex lupis in agnos mutati mansuescere, tum praeceptorum, quos ante nonunquam flocci pendebant, imperiis solito magis morem gerere, et denique ex agresti inciuilique vitae consuetudine ad humanitatem et pietatem sese effinxisse videantur. Hoc bacchanaliorum genus multi probarunt magnates. Institutae praeterea per quadragesimam fuerunt carnis mortificationes, tum generalis celebrandi concilij, tum votorum aliorum et pietatis promouendae causa.

6. Quatuor ex nostris hac quadragesima sacris ordinibus sunt initiati; tres facti sacerdotes, quartus vero subdiaconus, ac nuper diaconus effectus est. P. Rector quatuor vota (vt vocamus) professurus, vna cum doctore Zeidel xenodochia et huius vrbis carceres petiit[a], vbi poenitentiae et eucharistiae sanctiss. sacramenta miserrimis illis hominibus administrarunt, re sacra ibidem ornato in loco peracta. Vbi vinum, panem et caetera ad victum necessaria, corrasis hinc inde eleemosinis, affatim ad dies aliquot ambo suppeditarunt, et, veluti suscepta pauperum cura oeconomica, lineis praecincti pannis, et detecto (si recte meminj) capite, eorum mensis inseruierunt. Deinde vero idem Rector ac doctor[b] Christianus[1], saccis quibusdam prominentibus humero impositis, egregie in petendis per ciuitatem eleemosinis sese exercuerunt. Qua in re id assequuti sunt, vt, quamuis scomatibus non raro, magna tamen aliorum admiratione reuerentiaque singulari, fuerunt excepti, priusquam eleemosinis onusti domum redierunt. Omitto alias probationes, quas P. Rector nunc in culina, nunc in refectorio humiliter expleuit, priusquam solemnem aedidit professionem, episcopo hungarico tunc rem diuinam peragente[2] cum ingenti celebritate hominumque

---

a petiit *add. supra vers.* — b dominus *B.*

---

[1] P. Christianus Rivius.

[2] P. Ioannes de Victoria professionem sollemnem quatuor votorum vovit die 20 Aprilis in manibus Georgii Drascovitii, episcopi quinque ecclesiensis, ut ex autographo constat. Quod modestiae modum in apparatu adhibito excesserit, a P. Generali suaviter reprehensus est et levi poena multatus. Cf. *Lainii Monum.* V, 527.

frequentia. Vnus nostrorum verba fecit eo die de huius nostrae Societatis nomine, authore, fine atque ratione.

7. Quod ad auctum [a] nostrorum numerum pertinet, 13 optimae spei adolescentes se hoc quadrimestri nobis adiunxerunt. Omnes iam in ea domo, quae pars est collegij (neque enim hactenus alia haberi plane a nobis seiuncta potuit), sub Societatis Iesu tirocinio viuunt. Eorum praefectus est M. Gregorius [1], sub quo pijs quotidie meditationibus, pingendis literis, et discendo catechismo, tonis item et officiis humilibus, concionibus atque aliis id genus exercitationibus sedulam operam nauant. Horum omnium exercitamentorum M. Cornelius [2] rationem habet, ne eorum praefectus supra vires oneretur. Ingenuj sunt omnes, atque, ut apparet, Societatis instituto aptissimi, qui non ad verba tantum, sed ad nutum etiam non raro obtemperant. Census annuj ad eorum sustentationem ex parte empti sunt; sed nostrum tamen collegium omnia illis necessaria modo subministrat, donec census, Deo duce, plures emantur. Itaque rudia saltem iacta sunt domus nouitiorum fundamenta, quae magnam sane colligendae messis spem nobis adferunt. Quinque aut sex optimae indolis iuuenes, vt prioribus aggregentur, vehementer aspirant. Fratres nostri in hanc curam gnauiter incumbunt, vt multos a peccatis ad pietatem reuocent, et e mundi pelago ad religionis portum transmittant.

8. Iam vero, vt de collegio illo, quod nouum vocamus [3], pauca dicantur, duodetriginta in vniuersum illud foeliciter incolunt, inter quos multi eleemosinis nostrorum industria collectis sustentantur; alij vero propria viuunt quadra; de quibus omnibus non possumus non optime sperare. Ciues et viri nobilissimi suos filios illis adiungere crebro contendunt, verum loci angustia ne augeamus numerum impedit. Idem de conuictoribus dicere possumus, cum et ipsis angustior sit domus, quam ut admittamus germanos, polonos, hungaros et nobiles et illustres ge-

---

a austum(?) *A*.

---

1 In catal. collegii viennensis mensis ianuarii 1561 (Cod. *Germ. 131*, f. 250) sub numero 26 recensetur « M. Gregorius praefectus domus probationis, lector linguae Germanicae domi, concionator frequens, sive in templo nostro modo, absente D. Lamberto, siue alibi ». Ex aliis locis constat esse P. Gregorium Rosseffium.

2 P. Cornelius Brogelman.

3 Vide *Litt. Quadrim.* VI, 90, 176.

nere, qui subinde nobis obtruduntur, neque citra interminationem.

9. Verum vt ad gymnasii nostri messem accedamus, professores classici sunt 10 suoque docendi munere sedulo funguntur, ita vt progressus auspiciis respondeant, seu potius initia superent. Nostras scholas [a] frequentantium [b] numerus quingentos attingit, aut superat, qui in dies vehementer augetur. Ex Pannonia et Bohemia discipuli frequentes ad nos confluunt. Ex wittembergensi, et norimbergensi, et aliis miserae Germaniae scholis, non pauci, et magnae quidem nobilitatis, adolescentes huc se transferunt, qui magnos non in re tantum literaria, sed etiam in pietate atque christiana [c] religione progressus faciunt. Ex his quidam annos vix 10 natus a parentibus schismaticis domo, quod sacrosancti jubilei tempore [d] ieiunare decreuisset, durissime expulsus, in suo pio proposito perstitit. Inde ad auiam, honestam in primis et catholicam matronam, mox sese conferens cum ea triduo clam ieiunauit. Alius aetate paulo prouectior cum grauiter ferret matrem suam ab ecclesia Dei turpiter desciuisse [e], ira quadam sancta percitus ijs verbis eam aggressus est: « Mater, nisi commenticias tuas opiniones, atque impia Martini Lutheri decreta propulsaueris e tuo capite, non modo morem tibi amplius non geram, sed nec matris loco te vnquam venerabor ». Quibus verbis ita commota illa, vt non longe post poenitentia vitae anteactae permota, apud nos syncere ac integre confessionem instituerit. Sunt qui omnem mouere lapidem videntur, vt hi quibuscum agunt, rebus caducis valedicant, ac sese totos aeternis consecrent. Adde quod hoc quadragenarij ieiunj tempore, suo quisque pro modulo, diuersa pro foelici generalis concilij sucessu munuscula pie (vt ex indice ad T. R. P. antea misso constat), ac libentissime Deo Opt. Max. obtulit, nimirum eleemosinas, ieiunia, cilicij deportationem, aliasque castigationes. Visitabant multi xenodochia, confluebant turmatim ad carceres, suasque pauperibus, qui id poterant, pecunias syncere et maximo cum animi solatio erogabant. Hi gnauiter laborant in epigrammatis, tum in soluta oratione dominicis festisque diebus recitanda; vnde fit, vt ipsi, et qui audiunt, in dies magis ac magis ad pietatem inflammentur. Ad haec multi saepius quolibet mense sua peccata confiteri solent. Acta est Iosephi commoedia cum ingenti spectatorum episcoporum, magnatum, nobilium,

---

[a] scolas *A.* — [b] frequententium *A.* — [c] cristiana *A.* — [d] tempore *supra vers., deleto* ergo, *quod est in B.* — [e] dessiiuisse *A, B.*

doctorum, religiosorum, ac omnium denique vtriusque sexus, ac omnis conditionis hominum applausu et frequentia, vt supra centum extra fores collegij astiterint procul. Acta est, inquam, per quinque horarum spatium [1].

10. Vt ad sacramentorum atque diuini verbi ministerium procedam, fuit his mensibus ingens confitentium atque eucharistiam suscipientium numerus, maiorque futurus fuerat, si regina Bohemiae non alio commigrasset [2]. Plurimi qui semel duntaxat, aut iterum, quolibet anno confitebantur, modo saepius id fecerunt diebus solemnibus; nec pauci ex vicinis parochiis ad nos confluxerunt. Mulieres honestae ad suos parochos remissae fuerunt ob nostrorum confessariorum penuriam, et vt in suis parochiis sacram eucharistiam [a] susciperent. Vnde, ut fertur, lachrymas vberes fundebant. Aliae, quibus ablata erat communicandi in nostra aede facultas, quamuis nostris essent confessae, modis omnibus contendebant, vt, nobis quasi etiam inuitis, hic, et non in suis parochiis communicarent. Aliae rursus irascebantur, ac durius tulerunt se quasi per nos a sacro altari repelli causantes tamen minis quibusdam, quod amplius non essent ad nos rediturae agere visae sunt. Adeo placet illis templi nostri cultus, nitor ac reuerentia. Itaque in mandatis dederunt cardinalis Hosius et viennensis [b] episcopus ne amplius negemus istis horum sacramentorum, etiam paschae tempore, administrationem. Feriis purificationis beatae Mariae trecenti, exceptis nostris et studiosis omnibus, dominicum corpus in templo nostro susceperunt. Xenodochiorum et Academiae pauperes, quos volgo hic aureo montanos appellant, et qui in nosocomiis, vel imperatoris vel ciuitatis, aegre vitam agunt, denique qui aut horridi carceris sunt angustiis circumsepti, aut pro foribus nostri templi eleemosinas emendicant; coelestem illum panem, quo augustissimos jubilei fructus consequerentur, a nostris perceperunt. Circa idem tempus consilio Rectoris nostri non paruus est abusus de medio sublatus. Quidam enim, nescio quo pretextu pietatis, multo tempore absque vllo scrupulo tantum nefas [c] perpetrabant, vt hostias non consecratas pro consecratis, panem merum pro vero Christi corpore quibusdam paschatis [d] tem-

---

a sinaxin *B.* — b vienensis *A.* — c nephas *A.* — d pascatis *A.*

---

[1] Cf. Duhr: *Geschichte der Jesuiten...* I, 332.
[2] In urbem nimirum Wiener-Neustadt. Cf. *Lainii Monum.* V, 438.

pore porrigerent, ac porrigere clam iuberent. Adhibuit praeterea Rector operam sedulam, vt quadrimestri hoc tempore grauia quaedam mala, et ex quibus non parua potuissent oriri scandala, impedirentur, vt etiam, Christo duce, factum est; qui et alia pleraque tum priuata, tum publica negotia non parui momenti promouit.

11. Quantum ad euangelij ministerium attinet, M. Gregorius [a], qui in D. Lamberti locum suffectus est [1], eclesiastae officio apud nos fungitur cum tanta semper auditorum et gratia et frequentia, quanta ab annorum quatuor spatio, vt audimus, nunquam fuit. P. Piringer dominicis diebus, hora pomeridiana, christianae doctrinae elementa vtiliter tradit. Matrona quaedam non infimi apud viennenses ordinis, sed sacramentaria, ac luteranismo [b] prorsus infecta, nobili (vt suspicor) rumore, qui longe lateque de P. Gregorio iactabatur, ducta, cum eius concionem audisset, tanta eam de anteactis flagitiis poenitudo inuasit, vt altero statim die ad poenitentiae asylum [c] confugerit. Altera admodum nobilis virgo, cum multis iam diebus melancholia vexaretur, ac in furorem pene esset, desperationemque conuersa, sic quodam eiusdem Patris sermone excitata est, vt sopitis omnibus perturbationum procellis, eidem magno cum fructu confessa fuerit. Duo quoque germani et senio et foedissima lutheranae haereseos contagione annos quatuordecim, aut forte plures, infecti, cum nunquam poenitentiae sacramentum adiissent, P. Piringer [d] consiliis confessionem syncere ac integre peregerunt, et vere catholici nunc viuunt. Idem praestiterunt nuper duo non infimae sortis bohaemi, quorum alter hussita peruersissimus, alter picardus (hoc enim est sectae nomen) insignis erat. Nonnulli praeterea qui tres aut quatuor annos, velut athei, vitam ferarum ritu degebant, nostrorum opera ad meliorem mentem conuersi amaram suorum scelerum fecerunt exomologesin [e]. Aliquot etiam studiosi, qui turpi haereseos labe imbuti, apud nos tamen adulterina quadam pietatis imagine orthodoxae fidei religionem simulauerant, abiuratis suis erroribus,

---

[a] Georgius *A.* — [b] lutranismo *A.* — [c] asilum *A.* — [d] *Ita B.*, in *A dubia lect.* — [e] exomologesen *A.*

---

[1] P. Lambertus Auer, contionator, cum episcopo Commendone, apostolico nuntio, profectus erat. Vide supra p. 157. Pro quo P. Gregorius Rosseffius suffectus est.

ad sacrosanctum matris ecclesiae gremium redierunt. Taceo de studiosis aliis, qui ad nos confluentes, ad meliorem se frugem receperunt. Praeterea non pauci publicis et occultis carnis peccatis mirandum in modum contaminati, vitam infamem in castitatis studium commutarunt. Sunt quaedam in hac vrbe matronae diuini cultus percupidae, ac Societatis nostrae studiosissimae, quae singulari quadam industria tam viros, quam foeminas ad confessionis atque eucharistiae sacramenta pellere [a] contendunt. Quaedam cum maritum haberet, qui et ipsi et nostris esset infestissimus, eo illum adduxit tandem, vt is ad nos veniens confessionem instituerit, ac promiserit se cum coniuge deinceps tranquille ac catholice victurum. Altera, cum petulantem quemdam haereticum, a quo maximis propter nos conuitiis proscindebatur, nec exhortationibus nec minis ad idem pietatis studium pertrahere vlla ratione posset; vicit hominem tandem tum modestia, tum patientia. Fuit quae et ancillas suas ad confessionem et pietatem frequenter non solum exhortaretur, sed comitaretur etiam cum magna aliarum matronarum admiratione.

12. Hic supersedemus exponere, quod sane longum esset [b], de praeclaris variorum principum, et maxime caesareae maiestatis in hanc minimam Iesu Societatem studiis et admirabili beneuolentia, clementia, liberalitate. Commendat Caesar nos, collegiumque nostrum sedulo primariis viris, qui de nobis benemereri [c] volunt, et possunt. Multum pecuniae largitus est ad nouam scholarum fabricam, et ad instituendam rectius typographiam; nunc bis mille florenos in collegij sustentationem annuatim dependit, paulo post, vti promisit, firmos etiam prouentus addet. Ad haec, si vnquam alias, libenter et frequenter audit P. Rectorem de grauioribus etiam negotiis admonentem, neque sane frustra, vti nos docet experientia. Rogatus Caesar a Rectore an audiret aduersus nos ingratum aliquid: « Non est, inquit, quod dubites, quin moneremus vos, si quid in uobis et Societatis vestrae exercitationibus reprehendendum videretur; at quia vos, inquit, amamus, non iubemus quidem, sed tamen tanquam amicos monemus, vt quod ad famam vestram pertinet, vti hactenus fecistis, diligenter prospiciatis. Nos, enim, nulla vnquam ratione vobis deerimus, vestrique curam clementissime geremus; imo non modo res vestras, verum aliorum

---

a *Emend. ex* pellicere, *quod manet in B.* — b *Emend. ex* est, *quod manet in B.* — c benemoereri *A.*

etiam, commendatione vestra intercedente, quo ad fieri queat, promouebimus, multisque argumentis planum omnibus fáciemus quantopere vos virtutesque vestras, et pia studia diligamus ». Cum idem Caesar audisset, quod tamen falsum erat, Doc. Lambertum in itinere grauj vulnere affectum occubuisse, de illo solicite quaesiuit, seque non permissurum dixit, vt nostri posthac adiungantur dominis in longinqua et incerta peregrinatione. Paulo post cum archiepiscopus strigoniensis apud Caesarem magnis precibus contenderet, vt Rector in Hungariam proficisceretur, vix id tanden obtinuit, et ad breue tempus, tum propter synodum celebrandam, tum propter collegium nostris apud Hungaros erigendum. Omitto quod magnae authoritatis viri vt, quae volunt, obtineant, in nostrorum apud Caesarem intercessione spem magnam collocant. Hoc rursus anno Caesar vna cum filio Carolo archiduce dominicum inuisit sepulchrum, quod erat in nostro templo sub paschatis ferias magnifice constructum. Rex Maximilianus solita erga nos beneuolentia vtitur, nostrosque perquam clementer excipit. Rector saepe cum eo loquutus est, cuj petenti nihil negat, et quocum agit satis familiariter. Probat is constitutiones Societatis nostrae, et libellos a nostris oblatos libenter accipit. Haec de rege isto idcirco [a] non inuiti scribimus, vt ostendamus temere quosdam effutire talia, quae boni princicis huius famam labefactant, et plus aequo suspectam reddunt [b]; de quo illud etiam affirmare possumus, quod monachorum et aliorum catholicorum, sed et concilij generalis causam strenue promoueat [1]. Regina Maria, regis vxor, solita nostros charitate prosequi non cessat, in ornando nostro templo pie solicita, quae nunc praeter caetera donauit praetiosum et insigne velamen ad contegendum sanctissimi sacramenti tabernaculum. Deinde quaedam, vt vocant, tapetia splendidissima ad diuinum cultum illustrandum largita est. Tali exemplo permoti nobiles quidam de ornando nostro choro, eiusque sedibus, pauimento atque altari summo, consilium inierunt. Verum haec satis et plus satis fortasse pro epistola.

---

a idcirco *deest in A.* — b *vv.* et plus — reddunt *desunt in A.*

---

[1] Haec fere sensa per id tempus Maximillianus Stanislao Hosio, legato, et aliis ostendebat. Cf. STEIN: *Nuntiaturberichte aus Deutschland* (Zweite Abtheilung), I, 168-169, 209, 218.

Deo sit omnis gloria, qui per sacrificia et preces Reuerendae Paternitatis tuae confirmet et augeat in nobis suam gratiam. Viennae Austriae Calendis Maij 1561. R. P. T. indignus in Christo filius

HENRICUS RICKMAN Leodiensis [1].

519

FRANCISCUS DE MONCLARO

CONIMBRICA 4 MAII 1561 [2].

1. *Sociorum numerus et bona valetudo.* — **2.** *Disciplinae religiosae fervor. Contiones tum in urbe, tum in vicinis oppidis. Fructus.* — **3-4.** *Inimicitiae compositae.* — **5.** *Votorum renovatio.* — **6.** *Ingressi in Societatem.* — **7.** *Alumnorum numerus. Exercitationes.* — **8.** *Convictores. Externorum erga nostros benevolentia.* — **9.** *Missi ad Indos.* — **10.** *Adventus Pris. Nadal exspectatur.* — **11.** *Aedium amplificatio.*

1. ✝ Jesús. — Muy R.do en X.o P.e — La summa gratia y amor aeterno de X.o nuestro Señor sea siempre en nuestras almas, amén. Lo que en esta ai para escreuir a V. P. destes próximos 4.o meses es acerca del augmento en todas las uirtudes de los de casa, y ser muy grande el cuidado que se tiene en todo lo demás que toca a la obseruancia de las constituciones y reglas. Este año an caído muy pocos enfermos, que con sermos entre Padres y hermanos 142, nunqua a auido más de uno o dos enfermos hasta aora per el mes pasado en que an caído quatro, que por todos los que al praesente ai, son cinco, y todos ellos se uan hallando meior: mas como el tiempo, prin-

[1] In responsis datis anno 1562 (aut ineunte 1563) ad interrogationes Pris. Nadal, dicit se natum annos, 23 aut 24, ingressum in Societatem Coloniae ante 8 annos, votaque emisisse circa finem anni 1554; et habere tantum quatuor ordines minores. In indice eorum qui sunt in collegio viennensi Societatis Iesu prima Ianuarii, anno MDLXI (cod. *Germ. 131,* f. 250) recensetur sub numero 28 inter philosophos primi anni: Henricus Leodiensis.

[2] Ex origin. in cod. *Lus. 51,* 2 ff., nn. 188, 189; prius 46, 47. Exstant in eodem cod. tria exempla latina in ff. 184-185; 186-187; 190-191.

cipalmente en la entrada del verano, fue tan trabaioso, tenemos auernos nuestro Señor guardado a muchos a que no enfermassen por los grandes calores que an passado. Y fueron muchas las processiones que se hizieron en esta ciudad por el tiempo, que auía muchos meses que no llouía. Vinieron a este collegio de algunas parrochias, en que tuuieron sermones de casa, y por ser la gente mucha, y la yglesia pequenha, se les praedicaua fuera.

2. Ase uisto muy particularmente el aprouechamiento grande de los hermanos, y muestras de los desseos que tienen de ir adelante en las uirtudes, porque muchas uezes piden mortificaciones al Padre, y an hecho algunas buenas públicas con mucha aedificación, como en ir por los collegios a pedir limosnas [a] con los otros pobres y con uestidos differentes, de manera que no pudiessen ser conocidos, y con todo siempre ai quien los conosca, por andaren en el estudio. Estos feruores se encendieron más en el tiempo que aquá se publicó el iubileo, porque tomaron occasión los hermanos con lo que en él uenía de se occuparen los que lo ganassen en obras pías. Fueron muchos a uisitar enfermos por la ciudad, y puesto que esto por todo el tiempo se haze, pero no es sino quando son llamados; entonces los andauan los nuestros specialmente buscando. Y por auer muchos que tenían necessidad, les andauan pidiendo limosnas por las calles, sin los que se las dauan saberen lo para que eran, sino después [b] que se la veyan lleuar a los pobres; y era mucha la edificación que desto recebían. A los prezos de la cárcel y lázaros uisitauan también en este tiempo más a menudo, y les hazían muchas pláticas, y esto también durante el tiempo de la quaresma. En la qual no solamente se estendió la charidad con los de la ciudad con los sermones de casa, a que concorrían siempre muchos estudiantes, mas también por los pueblos comarcanos; y en siete o ocho dellos, en que auía más copia de gente, tuuieron siempre sermón por los nuestros a los domingos: los companheros que con estos iuan, por no quedar sin alguna parte que en los próximos se hazía con los sermones, aiuntauan por la tarde los niños con la campanilla, o sin ella, quando no la auía, y les enseñauan la doctrina christiana en la yglesia. Y porque con los niños concorría mucha más gente, les hazían una breue plática, de que se consolauan mucho todos. Acabada la quaresma, como ellos tenían por costumbre a dar por la páscoa a los otros religiosos que los años atrás les predicauan,

---

a *Emend. ex* lismosnas (?). — b *Prius* despes.

allende de su salario, praesentes que siempre ualdrían algunos ducados, parecióles que ia que de casa no querían dineros, aceptarían aquello, y assí de algunas partes a donde no auía tanto conocimiento de casa, embiaron aquí gallinas y otras cosas semeiantes, y quando uieron que en ninguna manera se las querían tomar, ni aun para dar a pobres, como ellos pedían, se boluían de alguna manera desconsolados, porque es gente de [a] qualidad, que huelga mucho de mostrarse agradecida, aunque le coste algo de lo suyo; y en el tiempo que los hermanos allá iuan, andauan todos a quién los lleuaría a comer a sus casas, haziendo ellos instantia de querer pedir limosna, lo que en ninguna manera pudieron consentir. Fueron muchas las amistades y otras obras de seruicio del Señor, que en esta simple gente hizieron; y era tanta la consolación que los nuestros trayan de conuersar con ellos, que a los domingos por las tardes que llegauan, por seren los lugares muy cercanos, no acabauan de contar cosas que les acaecía con ellos de mucha edificación. Otros fueron también a las iglesias a donde ay obligación del collegio, como a S. Fins, y al Pedroso y S. Ioán de Bien spera. Seruióse nuestro Señor también mucho dellos en su seruicio.

3. En esta ciudad andauan unas personas de las más principales della en odio auía algunos meses, y una dellas estaua muy iniuriada, y como la causa era grande de donde esto nascía, temíasse mucho no se seguiesse algún alboroto, porque ia se empeçauan a hazer bandos, de manera que, como ellos eran en la tierra muy aparentados, no podía dexar de seguirse algún mal, si nuestro Señor no lo ataiara; y andauan todos los principales del pueblo, a que esto no tocaua tanto, con gran deseo a que se hiziesen estas amistades; y quísolo nuestro Señor ordenar de manera que lo supiesse el P.e Rector, que con otro Padre de casa trabaió tanto en ello, poniendo tantos medios, principalmente para con el iniuriado, que después de passados algunos días, se uuieron de acabar, y se uinieron a nuestra yglezia para la páscoa a pedir perdón los que auían sido causa del odio al iniuriado, y él mismo hincado de rodillas con los otros se abraçaron todos con mucha alegría suya y de los circunstantes.

4. Otras se hizieron poco a entre unos studiantes de la vniuersidad que tenían herido a otro, y este querellado dellos a

---

a de *supra vers.*

la iusticia, y fuéronse abraçar y hazer amigos en el collegio nuestro en que están los estudios.

5. En estos y semeiantes exercitios se occupan los nuestros tomando el tiempo que vaca de sus estudios para ello. Por la semana santa se hizieron los officios, como es costumbre por la Compañía, con mucha deuoción, y por la páscoa se renouaron los uotos, teniéndose hecha una plática para ellos al día de antes. Tiénese uisto por experiencia quánto también se renueuan los buenos propósitos por estos tiempos, y quánta consolación nuestro Señor por ello comunica a los suyos.

6. En estes quatro meses se tienen recebido siete hermanos de buenas partes. Vno dellos fue collegial de los que tenemos a cargo; es natural de las Islas, y hijo de personas honrradas, y entre otras muy buenas partes que tiene, es muy buen scriuano. El padre, quando supo que su hijo le pedía licencia para la Compañía, se uino a esta ciudad muy apriessa estando para se embarcar en Lisbona para las Islas, y uiendo los buenos y firmes propósitos del hijo, con no tener más dél solo, le dixo: que nunca Dios quisiesse que él le fuesse empedimiento en cosa de tanto seruicio del Señor, que él le daua para ello licencia; y no estuuo aquí más de un solo día, en lo que mostró mucho quánto puede más el amor de Señor, que lo de parientes [1]. Christo nuestro Señor que los llamó para su seruicio, les dé perseuerar en él. Muchos otros andan pidiéndola les reciban, mas unos por falta de edad, y otros por más firmeza, se detienen; y siempre dellos se recibirán algunos.

7. El orden de los estudios se obserua [a] conforme a las constituciones y reglas; ésto no solamente con los hermanos, mas aun con los de fuera. Son todos mui freqüentes, y este año a sido grande el número dellos, porque sin los niños de leer y escreuir, que son aora muy cerca de quatrocientos, passarán los de latín de mil y cinquoenta. A la missa que se les dize siempre a la manhana, son muy continuos, y en las confessiones de cada mes, que son obligados a hazer, acaeçe no se confessaren por entonces muchos por auer pocos días que lo an

---

a *Emend. ex* obseruan.

---

[1] Forsan indicatur fr. Barbosa, de quo in cod. *Lus. 43*, f. 253 dicitur: « Jacome Barbosa da ilha da Madeira entrou na Companhia aos 20 de Abril de 1561... »

hecho, sino uan dar razón al confessor cómo se confessaron tal día con él o con otro Padre de casa. A muchos dellos llamó nuestro Señor también en estos días para otras religiones. Agora se empiecan de aparejar para hazeren [a] los mas prouectos las oraciones y declamaciones, que se suelen hazer en público, teniendo ya los de las classes más altas compuestas muchas, y recitadas en las mismas classes, y esto specialmente en la primera y segunda a donde se enseñan más copiosamente los praeceptos de rhetórica. Los estudiantes que oien en el 3.º curso de artes, an tomado el grado de bachileres, en que también entraron nueue hermanos; salieron todos con mucha satisfactión en sus exámenes. Los del 4.º curso, después de unas conclusiones que llaman magnas, que se tuuieron por la quaresma, se apareiaron para el examen [b] de licenciados, que agora se tienen. Están ia de los nuestros, que son por todos 13, examinados 4; a fuera uno, que anda enfermo, que por la indisposición no sé si se podrá examinar por aora. Los estudiantes deste curso se apareiaron para comulgar el día en que auían de oýr la última lición, y comulgaron todos a la missa que les dixo su maestro el P.ᵉ P.º Dafonseca, y después les hizo una plática muy propria a los términos de sus studios, y muestran tanto amor a sus maestros, specialmente en este tiempo [c] en que de todo se despiden del collegio para las otras facultades, que es mucho para alabar al Señor. Y siempre los que an estudiado con nos, andan muy conocidos entre los otros, y ellos mismos dizen que no se saben entender con los otros. El Señor que los principió en tan buenas costumbres, los conserue para su seruicio. Los examinadores son cinco; vn doctor en theología, y otro maestro en artes que pone la vniuersidad, y tres maestros de casa.

8. Con los collegiales [1] se haze también notable fructo; ay agora muchos, y hijos de personas muy principales del reino: andan muchos entre ellos muy mouidos, que por no teneren licentia de sus padres, se no reciben. En la communicación que se tiene con personas de qualidad, se siente mucho el amor a la Compañía, specialmente con el obispo [2], quando aquí estaua,

---

a *Emend. ex* hazieren. — b *Prius* examene. — c *Prius* estes tiempos.

---

[1] Id est convictores.
[2] Ioannes Soares, O. S. A., qui tum Tridenti erat.

y con el substituto puesto por él, el qual se offresce mucho a los Padres, y uese en las cosas de su ministerio, en ordenar los nuestros con mucha afabilidad. Dos solo se an ordenado de praesbiterato. Vno se llama el P.e Mauricio [1], otro Gaspar Plano; los quales ya dixeron sus missas nueuas con la consolación que en tal ministerio es de creer que [a] el Señor les communicaría. El rector y lentes de la vniuersidad se muestran muy afficionados a casa, assí en cosas de sus consciencias, communicándolas con los nuestros, como en lo que [b] toqua al collegio.

9. Este año se partieron deste collegio dos para la India, que se aiuntaron con los más en Lisboa, puesto que iuan otros dos offrecidos a ello, pero nuestro Señor ordenó que fuessen los otros. Uno dellos se llamaua Ioán Modenés, que uino con el P.e Mirón, desa santa casa; es italiano de nación. El otro se llama Esteuan Denis, natural de Éuora. Era muy grande el feruor y alegría con [c] que se partían, y salieron algunos hermanos con ellos hasta un buen rato fuera de la ciudad, a donde les rezaron sus letanías, y se despidieron dellos, no con poca [d] embidia de les no caer a ellos la suerte.

10. El P.e Doctor Torres, con el P.e G.o Vaz, y otros dos [e] Padres llegaron a este collegio después de la páscoa, y daquí se partieron luego para la ciudad del Puerto, donde está el P.e Fr.co [2], y hallando allí al P.e Nadal, que auía pocos días que tenía llegado de Castilla, se partió el P.e Nadal para el collegio de Monterei, en el reino de Galizia, y el P.e Doctor con su compañero, el P.e G.o Vas, después de llegaren a Braga, a donde se a acceptado un collegio, se boluieron a este, a donde speramos todos cada día al P.e Nadal.

---

[a] *Del.* nro. — [b] *Del.* se les. — [c] *Emend. ex* com. — [d] poco *ms.* — *Exempl. lat.* Duo hinc in Indiam hoc anno sunt profecti (praeter alios qui Olyssipone sunt impediti, et quorum locum alii occuparunt), alter natione italus... — [e] dos *supra vers.*

---

[1] Hic in subsequentibus monumentis et catalogis semper nominatur P. Mauricius. In catalogo coll. conimbr. mensis Iulii 1559 dicitur Mauricius Serpe (cod. *Lus. 43*, f. 75 v.); in catal. mensis Octobris 1559 Mauricius Cerpa (ib. 71 v.). Primitivum eius nomen erat Gaspar Serpe, ut habetur in eodem cod. f. 3. in catalogo eorum qui in collegio conimbr. ingressi sunt Societatem, aut, iam ingressi, in illud colleg. pervenerunt a mense Iunio 1542 ad mensem Ianuarium 1553.

[2] Stus. Franciscus de Borja.

11. El material del collegio uaa muy adelante; están hechos 54 cubículos en un buen lanço, que está hecho del dormitorio. Agora se andan guarneciendo las paredes y forrando las cámaras. [*Preces postulat.*]

De Coímbra 4 de Maio de 1561 años. Por comissión del P.e Miguel de Sosa. Indigno hijo de V. P.

Francisco de Monclaro [1].

520

P. HENRICUS BLYSSEMIUS

praga 4 maii 1561 [2].

1. *De religiosa disciplina egregie florente. De pauperum collegio et de convictoribus.* — **2.** *Alumni a principe et senatu benigne recepti, illorum laudes recitant.* — **3.** *Litterariae exercitationes.* — **4-5.** *Spiritualia auxilia proximis collata eorumque fructus. Concursus ad sacramenta suscipienda. Libri haereticorum derelicti. Templi ornatus civium benevolentiam sociis conciliat. Occasione sollemnis professionis PP. Hoffaei et Blyssemii plures ad sacram eucharistiam accedunt. Quidam aulicus spiritualia exercitia cum profectu peragit. Captivi et aegroti adiuvantur.* — **6.** *Magnatum erga socios benevolentia.* — **7.** *Pauca de oibinensibus sociis.*

1. † Pax Xpi. etc. R.de Pater in Christo. *[Epistulae ordinem indicat.]* Quantum igitur singuli in singulis nostrae uocationis

---

[1] Vide *Litt. Quadrim.*, V, 251.

[2] Ex autogr. in cod. *Germ. 139,* ff. 75-76; prius 266; sequitur aliud exemplum in ff. 77-78. Tertium exemplum est in cod. *Histor. Soc. 170 (Epist. Quadrim. 1547-52),* n. 17. In tribus exemplis desideratur annus; sed nullum dubium quin anno 1561 scripta sit epistula, cum aliunde certo constet P. Blyssemium hoc anno sollemnem professionem emisisse. Est etiam apogr. in archiv. colonien. (Hansen l. c. 765), et Vindobonae in Biblioth. nation. cod. 13601. In aliquibus locis charta consumpta est, sed litterae, quae desiderantur, facile suppleri possunt. Eas inter quadratas parentheses inclusimus.

institutis progressum feceri[n]t, uel hinc abunde [a] constare potest, quod omnes non modo contemptis mundi ac rerum caducarum illecebris ad religiosam perfectamque paupertatem certatim contendant, neque solum extinctis curruptae carnis ac uoluntatis propriae desiderijs magna simplicis obedientiae, puraeque conuersationis exempla, cum nostris domesticis, tum extraneis hominibus praebeant; uerum etiam singulari pietatis zelo, tam corporum multiplici diuturnaque castigatione, quam suspirijs ac precibus, proximorum abusus tollere, uirtutesque promouere nitantur. Illud alias saepissime, sed nuper praesertim apparuit in bachanalibus, quando praeter alias poenitentias, quas magno feruore petebant, per ultimum illud triduum disciplinas, adhibita suaui quadam melodia, subirent, quo Deus christianorum hominum mentes illuminaret ad cognoscendos uitandosque temporis illius abusus. Apparuit idem quotidianis di[sci]plinis ac litanijs, quas Deo per quadragesimam obtulerunt, ut grauissima quaedam nostri collegij negocia, quae modo R.dus Pr. Victoria cum S. C. M. nostro uel potius Boëmiae nomine tractat, foelicem tandem euent[um] sortiantur; cuius rei gratia letanias etiamnum quotidie collegium nostrum persoluit. Auxit mir[um] in modum hanc internam omnium pietatem duplex uotorum innouatio, quae profecto non minore totius [colle]gij gaudio, quam deuotione, circumcisionis [b] ac paschalibus ferijs paracta est. Et quamuis haec omnia lateant homines extraneos, diuina tamen prouidentia fieri uidetur, ut qui uiuunt in collegio nouo [1], 26 [c] singular[is] expectationis adolescentes, christianum illum nostrorum fratrum zelum in promouenda hominum aliorum salute diligenter imitentur. Nam inter alios, quidam 8 annorum puer matrem hussitam sua sponte frequenter et magno feruore causa religionis aggreditur, sollicitat, obsecrat, urget. Ait, enim: si pater meus et ego catholici sumus, etiam oportet matrem esse catholicam. Vnde cum mulier spem aliquam conuersionis promittit, mirabili gaudio puer perfunditur. Verum quando illa duriuscule respondet, uel differt confessionem, ipse dolet, lachrymatur, nec matrem agnoscere uel inuisere uult amplius. Eadem pietate in suos parentes quorumdam hussitarum

---

a abunde *supra vers.* — b circumsionis *ms.* — c *Del.* autem (?)

---

[1] De Collegio hoc novo, sive pauperum, vide sis *Litt. Quadrim.* VI, 101, 150, 459, 474, 812.

filij praediti sunt, qui cum in eodem collegio quatuor hussitae fuissent, sed nuper omnes incredibili desiderio fidem catholicam, Christo aspirante, susceperint, a suae conuersionis tempo[re] nihil intentatum reliquerunt, quo suos etiam parentes et amicos in eundem orthodoxae pietatis tramitem adducerent; quod adeo frustra conati non [a] sunt, ut tres maximam de suorum parentum conuersione spem habeant. De alijs collegij noui conuictoribus, qui 13, et alumnis qui sunt 14, et habitum, qualis isthac in germanico collegio geritur, ipsis Ianuarij calendis magno affectu, quamtumuis hic inusitatum, susceperunt, hoc solum dixerim, quod omnes in summa concordia, modestia, obedientia, pietatis ac literarum studijs diligenter inuigilent, adeoque nusquam libentius quam in eo collegio uiuant. Quamuis enim nuper unus e praecipuis tantae commoditatis pertaesus illinc mallet ad aliquem familiarem dominum commigrare, atque, eum, cum aliter persuaderi non posset, nostra commendatione reperisset; simul atque tamen eam conditionem una hora fuisset expertus, priorem foelicitatem suam agnouit, atque e uestigio, relicta paedagogia, supplex ad nos redijt, ac modis tandem omnibus effecit, ut reciperetur, maiorem deinceps obedientiam, facta generali confessione, et adhibitis intercessoribus ac testibus, promittens, quam sane obedientiam ab eo tempore longe diligentius, quam antea praestitisse uidetur.

2. Visitarunt omnes collegij istius alumni serenissimum principem nostrum [1], qui tam carmen encomiasticum, quod recitarunt, quam germanica biblia quae donauerunt, benignissime suscepit [b], se suaque patrocinia uicissim ipsis clementer offerens. Neque minorem senatus pragensis fauorem senserunt, quando laudes eius publice docto quodam carmine celebrarent, quod adeo placuit omnibus, ut etiam primas ciuitatis sibi illud [c] donari uehementer cuperet.

3. Studia porro [d] nostra siue priuata siue publica, Deo fauente, sic procedunt, ut in utrisque [e] fructus aliorum hominum iudicio (ut de nobis taceam) maximus appareat. Quatuor diebus ante proximam studiorum innouationem theologice, oratorie,

---

[a] non *supra vers.* — [b] *Emend. ex* suscepisset (?) — [c] illud *supra vers.* — [d] *Auctor scripsit* studia nra. porro, *sed post signa add. ut duo postrema vv. commutarentur.* — [e] utriusque *ms.*

---

[1] Ferdinandus, imperatoris filius, Bohemiae gubernator.

ethice atque grammatice foeliciter atque magno doctorum hominum applausu disputatum est, uno magistro Societatis in theologia, et tribus studiosis e nouo collegio in caeteris disciplinis respondentibus. Et quo paruuli qui nutriuntur in eodem collegio, sui profectus aliquod specimen aederent, dialogum quendam de scientiarum utilitate in magno hominum etiam rudium auditorio, nec absque multorum admiratione exhibuerunt. Rhetores etiam studiosi, qui sunt 14 eximiae spej iuuenes, praeter disputationes atque exercitationes tam ligato, quam soluto dicendi genere, dominicis praesertim quibusque diebus, uel pie Sanctorum ac uirtutum laudes, uel controuersas ethicae philosophiae quaestiones publice declamant.

4. Neque uero pia nostrae uocationis officia, quibus haec Iesu Societas aliorum quoque hominum salutem passim ac sedulo promouere consueuit, hic omnino praetermissa uidentur. Quanquam enim boëmi et germani qui Bohemiam incolunt, uel nunquam uel raro soleant confiteri, nos tamen hoc sacro tempore circiter 500 habuimus poenitentes, e quibus 16, abiurata lutherana et hussitica perfidia, ecclesiae Dei restituti; et tres alij de fidei quibusdam articulis dubitantes, adeo confirmatj sunt, ut pro religione catholica, si res sic postularet, oppetere mortem paratissimi uiderentur; et duo per biennium, unus per septennium, tres aetatis grandeuae nunquam per omnem uitam confessi fuerant; ita hic instructi sunt, ut certam uitae melioris spem nobis promitterent, nedum praeteritam salutis propriae negligentiam detestarentur. Multi quoque multos haereticorum libros, ut cognouerunt prohibitos esse, nobis comburendos tradiderunt, pluris animae salutem quam pessimorum librorum, quamuis magnum precium, aestimantes. Conciones item [a] nostrae frequentiores cernuntur in dies. Et cum hoc tempore conciliorum et ecclesiae ratio atque authoritas multis ignota contemnatur, placuit serenissimo principi, ut ille cuius sua celsitudo conciones audit [1], alteram semper concionis partem in ecclesiae declaratione consumeret. Quam sane rem nec etiam populo minus utilem, quam gratam fuisse constat. Cultus templi nostri diuinus, non solum catholicis, sed et hussitis tantopere placet, ut quidam illorum nobis aliquoties dixerint officia diuina longe

a item *supra vers.*

[1] Ipse epistulae auctor. Cf. *Litt. Quadrim.* VI, 472-73.

rectius et honestius in nostro, quam in suis templis peragi, ac proinde se templum aliud quam nostrum frequentare nolle, dummodo nos in utriusque speciei communionem consentiremus. Sepulchrum Domini, quod certe gloriosum ac magnificum fuit, cum serenissimus princeps [a] pijs precibus per mediam fere horam flexis in terram genibus, et liberali 10 talerorum eleemosyna honorauit, tum uniuersa Praga [t]antopere commendauit ut, quantum intelleximus, per Boëmiam et quasdas Germaniae prouincias uulgatissima fama spargatur nunquam his in partibus sepulchrum tam honorificum et admirabile uisum esse. Vnde quidam peregrini, qui eo tempore hinc abfuerant, prae nimia admiratione cupiuerunt e nobis intelligere quanam arte constructum fuerit, qua [?] per Boëmiam adeo celebretur. Plurimum etiam populi deuotionem auxit illa processio qua diebus festiuis ac dominicis letaniae figuratiua melodia decantantur, quo Deus futuro concilio foelicem euentum concedere uelit.

5. Et quoniam incidit mentio de hominum extraneorum erga nostrum templum deuotione, non possum hic dissimulare, non dico solum frequentiam, sed singularem quoque pietatem eorum qui ad nos confluxerunt, quando R. Pr. rector [b] et ego, licet indignissimus, nostram professionem aederemus [1]. Sacrum solemne R. D. praepositus [2], adhibitis ecclesiae suae ministris, celebrauit. Praeter germanicam nostram, etiam boëmicam concionem dominus decanus de Societatis origine, fine, institutis ac laudibus in auditorio frequentissimo habuit. Interfuerunt omnes protectores et amici nostri cum alijs baronibus ac nobilibus multis; et quanuis praecedenti dominica propter indulgentias plenarias catholici homines communicassent, nihilominus tamen, quod hic inauditum est, in gratiam nostrae professionis, quae sequenti dominica celebrabatur, 60 personae rursus communicarunt. Quo tempore quidam etiam serenissimi principis aulicus, uir authoritatis non exiguae, spiritualibus apud nos exercitijs ita uacauit, ut ipsemet aliquoties per illa sibi primum nunc oculos cordis apertos confiteretur, ac nobis uitae perfectioris spem daret. Quamquam enim ad aulam consulto redierit,

---

a *Sequitur v. oblitt.* — b Rector *supra vers.*

---

[1] P. Paulus Hoffaeus, rector, et P. Blyssemius professionem sollemnem emiserunt die 16 Martii 1561, ut ex profess. autographis constat.

[2] Henricus Scribonius.

propositum tamen habet ingrediendi Societatem, cuius etiam regulas sibi dari obseruandas summopere cupiuit. Vocantur etiam nostri sacerdotes tam ad nobiles personas, quam ad captiuos, praesertim eos qui morte plectendi sunt, audiendae confessionis causa: ac nuper unus e nostris Patribus rogatu domini capitanei quendam captiuum, cuius prius confessionem audierat, ad locum usque supplicij comitatus et consolatus est. Christiana quoque pace multi sunt nostrorum Patrum opera reconciliati, qui diuturnis odijs in mutuam pernicien conspirauerant; ex quibus unus manifestum periculum alteri minabatur, alius inimico suo clandestinas mortis insidias parabat; alij duo, qui uanis omnino mundi huius illecebris inmersi uidebantur, a nostris persuasi, plumas quas gerebant, caeteraque leuitatis insignia non difficulter abiecerunt. Qui porro captiui detinentur carceribus, uel in hospitalibus pauperes, uel passim infirmi sunt, nostri collegij charitatem saepenumero experiuntur et commendant, quorum exempla subijcerentur, nisi breuitati consulendum esset.

6. Quamobren neque magnorum hominum erga nos fauorem hic multis prosequor. Serenissimus princeps pro redimenda domo noui collegij nuper a S. C. M. nobis impetrauit 700 taleros, quos alioquin persoluendos a nobis fuisse praeter serenissimi principis ac nostrum omnium opinionem regia camera literis quibusdam demonstrabat. Saepe nos etiam sua celsitudo consulit in conscientiae casibus, nostroque stat iudicio, quamuis alij, nec indocti, nonnunquam aliter sentiant, ac persuadere conentur. Hinc petito a nobis consilio, non permisit ut iudaeorum paruuli inuitis parentibus baptizarentur, quantumuis aliud quidam consulerent. Hinc iudaeorum orphanos congregatos omnes ad nos misit, quo paulatim ad suscipiendam Christi fidem instituerentur, licet eos postea dimiserit, quod iudaei nimis importune ad eos redimendos solicitarent. Libri quidam germanici, quos R. Pr. Prouincialis serenissimo principi miserat, ita placuerunt, ut diceret se ipsum gratias pro tam gratissimis muneribus acturum. R.diss Commendon a nostris studiosis eleganti carmine exceptus apud nos magna populi deuotione celebrauit, nosque, ut fratres amplexus, aliquoties suae mensae adhibuit. R. dominus praepositus in nostram ac collegij noui gratiam nihil non pro sua facultate libenter ac sedulo facit. Istis diebus cum illi commendaremus studiosos pauperes, praeter consuetas eleemosinas donauit nobis 10 taleros, quibus possemus eis necessarios libros emere. Primas ciuitatis pragensis quibusdam donarijs nos aliquando salutat,

magnaque dat signa magni erga nos fauoris. Quidam ducis Bauariae legatus, quod in carmine quo fuit exceptus illustris illius principis mentio fieret, nostram ac noui collegij causam apud eundem principem se diligenter acturum promisit. Catholici quidam praelati sua scripta, quae quidem in publicum sint efferenda, censurae nostrae subijciunt, et a nobis orationes sibi nonnunquam componi desiderant, quas ipsi recitare possint.

7. De fratribus nostris, qui uersantur in oybinensi monasterio, unum illud appendicis instar adijcio, quod nimirum, cum istis mensibus grauiores, quam hactenus, persecutiones propter iustitiam passi sint, Deus etiam maiorem cum tentatione prouentum fecerit. Nam lutherani rustici uoluerunt eos aliquoties lapidare, et concionatorem nonnunquam e templo, quod tamen iam commissum nobis [a] est, eiecerunt; et quamuis eum admittere tandem cogerentur, prohibuerunt tamen plebeculae ne conciones eius audiret. Verum ex istis persecutionibus uerbum Dej minime uacuum redijt, cum hac quadragesima non unum uel alterum duntaxat, ut alias, sed 10 communicantes, exceptis nostris habuerint [b]. *[Preces postulat et valedicit.]* Pragae 4 nonas maij [1561].

R.dae P. V. indignissimus filius

HENRICUS BLYSSEMIUS [1].

† Quadrimestres pragenses.

521

P. GASPAR DE DUEÑAS

BURGIS 6 MAII 1561 [2].

1-2. *Sociorum numerus. Candidatus. P. Rectoris contiones. Laborum fructus. Cives frequentes ad sacramenta in nostrum templum accurrunt. Reo supplicium subituro quidam ex*

---

a nobis *supra vers.* — b *Emend. ex* habuerunt.

---

[1] Vide *Litt. Quadrim.* VI, 817.

[2] Ex origin. in cod. *Hisp.* 98, ff. 185, 186; prius 321. In ff. 200-205 exstant tria eiusdem exempla latina data VIII idus Maias.

nostris adest. Desperatus requiem invenit. Mulier peccatrix ad bonam frugem se recipit. Monachus ad suos redit. Sponsus sponsae reconciliatur. Doctrina christiana iterum per vias docetur. — **3-4.** *Fratres humilibus experimentis exercentur, at mediocri fruuntur valetudine.* — **5-7.** *De bellimarensi collegiolo. Sacerdotes tum Bellimare, tum in vicinis oppidis contionantur; fidei rudimenta docent; quamplurimos peccata confitentes audiunt, et reliqua consueta ministeria exercent. Iudaeus a cardinali episcopo baptizatur.*

1. ✝ Ihs. Muy R.do P. nro. en Chro. Pax Christi, etc. [*Pauca, ex multis quae acciderunt, se scripturum dicit.*] Quanto a lo primero tocante a las cosas spirituales, por la bondad del Señor, siempre ban en aumento. En lo que toca a los de casa, estamos los mesmos 10 que scriuí a V. P. en la pasada [1], y más otro questá en exerçicios, que avnque de su parte él desea entrar en la Compañía, no sé si la Companía le resciuirá. Todos por la bondad del Señor se hexerçitan en aquellos ministerios para que fueron llamados a la Companía de Jesús. Los Padres están siempre muy ocupados en sus confesiones, las quales son tantas y tan ordinarias, que no pueden cumplir con todos. Dicen en Burgos que con auer hartos monesterios de religiosos, que son seis, que en todos ellos no se confiesan tantos como en nuestra cassa; y más diçen los mesmos religiosos, según me an contado, que después que los de la Compañía de Jesús vinieron a Burgos, no tienen ellos gente que confesar. Y es cosa para alauar al Señor que, sacado el Padre Rector [2], los tres confesores ordinariamente todo el año están emfermos; y en espeçial esta quaresma a acudido casi la más prençipal gente de la çiudad a se comfesar con los nuestros; y desçendiendo en particular, anse hecho muchas comfesiones generales. Esta quaresma a predicado el Padre Rector con gran concurso de la gente premçipal de la çiudad. Anse hecho algunas paçes, y en espeçial se hiçieron vnas entre marido y muger y cuñada. También auía vn fraile apóstata, el qual vino a los nuestros, y al fin fué el S.or seruido que trató su negoçio con vno de los nuestros, y le resçiuieron en su orden. También auía vna persona que auía 9 años que no se comfesaua, y si se comfessaua, no haçía la comfesión ýntrega, y al fin se confesó bien con vn P. de la

[1] Vide p. 104, ubi dicit socios esse undecim.

[2] P. Gaspar de Acevedo.

Compañía. También a auido muchas restituçiones. A vno ahorcaron aquí, con el qual fué vn Padre deste collegio, y comfesóle generalmente, y tuuo tan gran moçión en su ánima que se marauillauan grandemente todos los que allí se hallaron, y los prouocaua a deuoçión con sus palabras y con sus muchas lágrimas; y quando allegaron donde le auían de ahorcar, fué muy grande su heruor y sentimiento que el Señor le dió a la ora de su muerte. Después que le ahorcaron predicó el mismo P. en la escalera, avnque estaua bien cansado. Creo que la palabra diuina obraría en las almas de los presentes a tal spectáculo.

2. Vna persona auía ya tenido por dos veçes cosas con que se desesperase, y espirando el Señor en élla, se vino a comfesar, y se le quitó aquella tentaçión. También auía vna muger la qual auía mucho questaua en peccado mortal, y ordenando su Mag.[t] questa oueja no se perdiese, se dió corte cómo entrase con las mugeres arrepentidas, de las cuales escriuí a V. P. en la quadrimestre pasada que auía en esta çiudad. Otro auía que siendo desposado, no pudiendo ver a la sposa por muchas causas [1], y queriéndose yr por el mundo y dexalla, como hombre desesperado, se quietó dexando su negoçio en manos de su comfesor, y ansí por la bondad del Señor están en paz. La doctrina christiana, de la qual auía scrito a V. P. que se auía dexado por los fríos, y porque la quaresma los niños de la doctrina la deçían en las perrochias, agora se a tornado a deçir como de antes.

3. Quanto a los hermanos se hexerçitan mucho en mortificaçiones, ansí dentro, como fuera de cassa. Vna vez fué vno en calças y en cuera [2], y con vna spuerta a pedir por la çiudad; y otro traya la carne del rastro a cuestas descubierta. También en el rastro se mortifican en vender la asadura y los demás menudos [a] del carnero, y ban a traer agua de la fuente; y dentro de cassa ymbentan mortificaçiones para más mortificarse, y todo con alegría y desseo de su aprouechamiento.

4. Quanto a lo que toca a lo corporal, no ay mucha salud al presente en los Padres y hermanos; porque los muchos trauajos desta cassa no dan lugar a los flacos a poder arriuar

---

[a] *Praec. v. obscure exaratum.*

---

[1] Exempl. latin.: « propriam sponsam erat supra modum exosus ».
[2] Exempl. latin. « tantum coracino thorace cum caligis relicto ».

para hecho destar buenos y sanos, avnque hasta agora, por la bondad del Señor, ninguno a muerto en este collegio. Esto es lo que al presente se ofreçe que scriuir a V. P. tocante al collegio de Burgos. Lo que se sigue es del de Villímar.

5. Los Padres y hermanos del collegio de Villímar an tenido salud corporal, y con ella se an ayudado grandemente para guardar las reglas, y hacer perfectamente los oficios en que la ouediencia [a] les a puesto. Y aunque comúnmente se exerçitan [b] en las mortificaçiones que en la Compañía se acostumbran, esta quaresma con nueuo heruor se exerçitaron en otras muchas, así en casa, como fuera. Predicóse en aquel collegio toda la quaresma, miércoles, viernes y domingos por las tardes, y aunque los labradores es gente ocupada, venían a oýr los sermones, que heran breues, porquellos no perdiesen sus trauajos. Tuuieron los Padres de allí muchas comfesiones, porque de dos leguas alderredor venían muchos a comfesarse con éllos. Tubieron muchas dellas generales, algunas dellas por deuoçión, y otras por nesçesidad; que por ser labradores, gente ignorante, y no muy diligente en haçer lo neszesario a la comfesión, acaesçe comúnmente muchas veces. Continúan los nuestros de aquel collegio a salir por los lugares, como suelen, y declarar el euangelio: por la mañana pedir limosna para los pobres del mesmo pueblo, y enseñar la doctrina christiana a mañanas y tardes, haçiendo pláticas sobrella en diuersos lugares. Así mismo visitan los ospitales y emfermos, quando los ay, a los quales también ayudan a morir, quando se offreçe occassión. En todo lo qual se sirue mucho nuestro Señor y se hedifican mucho los labradores.

6. En la quadrimestre pasada [1] di cuenta cómo estaua en aquel colegio vn judío, que auía venido de Constantinopla a esta çiudad a haçerse christiano, y por el cardenal obispo deste obispado auía sido encomendado a los nuestros de aquel collegio para que le enseñasen lo que auía de creer, y cómo auía de viuir para ser christiano. Este se aprouechó mucho con los nuestros y el mismo cardenal fué desta çiudad a aquel pueblo a baptiçarle; y çierto hera gran consuelo ver su aprouechamiento y deseo que tenía de resçiuir el baptismo, y fué muy

---

[a] ouj.[a] *ms.* — [b] *Prius* hexerçitan.

---

[1] Vide p. 107.

mayor verle baptizar. Para maior solenidad fué su padrino el mesmo cardenal, y el fundador de aquel collegio [1] con otro hombre desta çiudad, muy prençipal; y fué su madrina vna hermana del dicho fundador.

7. La obra material de la cassa, que auía çesado, se prosigue ya con mucha prisa. Esto es en general lo que ay que scriuir de aquel collegio. [*Preces postulat etc.*] De Burgos y de Mayo 6 de 1561 años. — D. V. P. hijo y sieruo en el Señor.

Por comissión del Padre Rector

✝ Dueñas [2].

522

P. IOANNES FERNANDEZ

placentia 6 maii 1561 [3].

1. *De numero sociorum, et religiosa disciplina.* — **2.** *De studiis. De profectu in litteris et bonis moribus scholasticorum, quorum pietas maxime enituit in publica supplicatione ad pluviam impetrandam.* — **3.** *De frequenti usu sacramentorum, et de fructu inde manante. De contionibus et aliis piis erga proximos ministeriis.* — **4.** *De sociorum valetudine. De novi templi exstructione cuius inauguratio iam proxima est.*

1. ✝ Ihs. Muy R.do Padre en Xpo. Pax Christi, etc. La obediençia me encargó que diese en ésta quenta a vuestra Paternidad de lo que en estos quatro meses passados se ha dignado el Señor obrar por los suyos en este collegio, y ansí escriuiré en breue algunas cosas de las que he visto, o por relaçión de algunos he sabido. Somos en este collegio çinco Padres y diez y seys hermanos, los quales procuran exerçitarse en la guarda de las reglas y mortificaçión de sus proprias voluntades; salen

[1] Vide p. 107.
[2] *Litt. Quadrim.* VI, 630.
[3] Ex origin. in cod. *Hisp. 98,* f. 187; prius 348. Exstat exemplum latinum ibid. ff. 194-195. Scriptor utitur saepissime *j* pro *i,* quod in transcriptione neglex imus.

a menudo al refitorio a dezir sus culpas, y con disçiplinas, pidiendo con instançia que les digan sus faltas; y ansí piden perdón dellas, y besan los pies a todos con humildad. Cada día tienen lectión espiritual, y todos se dan a la oraçión, y preguntando las fiestas dubdas spirituales, y ayudándose de las pláticas de los viernes [a], procuran de yr siempre adelante en el camino del diuino seruiçio.

2. Los lectores que son tres, porque ansí le paresçió por ahora al Padre Françisco [1], enseñan con diligençia a sus studiantes, instruyéndoles junto con las letras en el camino del diuino seruiçio. En la classe menor se canta cada día, acabadas las lectiones, por la tarde, de la doctrina christiana, y vienen a oyr algunas vezes otros niños de fuera. En las otras classes se declara algo más estendidamente en aquella hora en voz baxa la doctrina, según la capaçidad de los studiantes. En este año se nos han venido muchos estudiantes del otro studio. y dizen que están casi todos movidos para lo mismo; y ansí ha cresçido el número de los oyentes notablemente en las classes. A los mayores, por estar ya más adelante en el latín, se les lee vna lectión de rhetórica, y traen cada día algunos que señala el maestro, vna compossiçión, y exerçítanse en hazer oraçiones, o colloquuçiones a modo de colloquios, de repente, y assí se pareçe bien el fructo que sacan de los tales exerçiçios [2]. Pero

---

a *Praec. v. obscure exaratum.*

---

[1] P. Franciscus de Borja, commissarius generalis Societatis in Hispania.

[2] Non ingratum lectoribus futurum iudicamus scire quae de lectionibus habentur in cod. *Tolet. 12a*, f. 138, post catalogum collegii placentini ineuntis Ianuarii 1561.

«IHS. CATHÁLOGO DE LAS LECTIONES QUE SE LEEN EN NUESTRAS SCHUELAS.

Prim.a En la primera classe se leen a la mañana de 8 a 9 fábullas de Esopo, y se haze exercicio hasta las 9 y m.a, y de ay a las 10 se recitan las lectiones de coro, y passan la lectión.

De 10 a 3 quartos se trae conjugación y exercicio.

A la tarde

De dos a 4 se lee del segundo libro de Antonio [de Nebrija], y se haze exercicio y se da latín o se corrige el que se dió el día passado. Despnés de 4 a 5 se passan las lectiones de todo el día.

2.a En la 2.a classe se leen a la mañana a la misma hora las Églogas de Virgilio, y se haze exercicio y lo demás; y despnés de diez a tres quartos se lee la sintaxis.

de tal manera se dan a las letras, que no se olvidan por esso de piedad, confessándose a menudo, y guardando sus reglas; y particularmente han mostrado sus buenos deseos y devoçión en vna proçessión muy devota que hizieron por el agua, pocos días avrá; porque como estas partes, y prinçipalmente en Estremadura, aya avido tanta sequedad por no aver llouido muchos días ha, començáronse a hazer proçesiones con disçiplinas, por el agua. Los studiantes, pues, paresçiéndoles que era razón que también hiziessen algo para supplicar a nuestro Señor los oyesse en esta neçessidad de la tierra, pidieron a sus maestros con mucha instançia licencia para salir vna noche todos juntos en proçessión disçiplinándose por las calles, con vn cruçifixo delante, y que ellos trayrían algunos clérigos que fuessen cantando las letanías, pero que algunos Padres fuesen con sus sobrepelliçes con los clérigos de fuera, y los acompañassen; y alcançada la liçençia, salieron casi todos, vnos disçiplinándose, y otros con çyrios y hachas en las manos por su orden, y visitaron cassi todas las yglesias desta çibdad. El corregidor, sabiéndolo les hizo compañía con grande multitud del pueblo, que salieron con ellos; de modo que yuan las calles llenas de gente, y venían muchos con sus disçiplinas y túnicas disciplinándose a bueltas; y fueron estos tantos, que no llegando a çiento (según creo) los que salieron de nuestros estudiantes, se contaron trezientos, poco más o menos, que yuan disçiplinándose en la procession. Fué cosa de mucha deuoçión para todo el pueblo, y derramóse por las calles aquella noche mucha sangre. El Señor sea loado por todo. Entre los studiantes piden algunos la Compañía, pero entretiénensse aconsejándolos perseueren en la freqüençia de los sacramentos.

3. Y porque digo de la freqüençia de los sacramentos, es tanta la jente que en nuestra yglesia se confiessa de ordinario, que aunque oviesse más saçerdotes, les darían que hazer. Ay personas que perseueran en oraçiones y ayunos, y se ayudan en todo del consejo de nuestros saçerdotes, y hanse confessado en este iubileo [1] muchos, y algunos canónigos y dignidades de la

---

A la tarde se lee Cicerón «de Senectute», y se haze lo demás como arriba se ha dicho.

3.a En la tercera. Se leen a la mañana Tragedias de Séneca. A las diez se leyó hasta Nauidad prosodia, y aora se leen los progimnasmas de Aphtonio. A la tarde se leen comentarios de Caesar, y se haze lo demás como está dicho. etc.»

[1] Iubilaeum pro felici concilii tridentini exitu.

yglesia que tienen deuoçión de se confessar con los de la Compañía. Los días passados vn hombre andaua muy indignado con sospechas de zelos contra su mujer, y no avía cosa que le asegurasse, ni bastauan amonestaçiones; y quiso Dios que pudo vn Padre acabar con él que oyese vn sermón de vno de los nuestros, y fué tan súbita la mudança que sintió en su coraçón, que luego se vino a confessar con muchas lágrymas, quitando de sí toda mala sospecha; y ansí ha perseuerado viniéndose a confessar a nuestra casa con mucha deuoçión. Ay muchos que de ordinario se confiessan y commulgan cada ocho días, y en las fiestas prinçipales; permanesçen en sus buenos própositos, no moviéndose por las lenguas desenfrenadas que no faltan ni enmudeçen para murmurar de los que procuran seruir a Dios. Los sermones de los Padres son oýdos en el pueblo con voluntad y freqüençia de gente. Hase predicado esta quaresma en nuestra casa y en algunas perrochias e yglesias desta çibdad, y también en algunos pueblos, que con mucha instancia lo han pedido, y se edifican y consuelan con la doctrina que se les propone, dando muestras dello en el affiçión que tienen a los de nuestra casa. Del P.e Rector [1] hemos también sabido que en Valladolid, a donde fué por causa de algunos negoçios neçessarios deste collegio, a sido oýdo con mucha [a] açepçión y deuoçión del pueblo; y dizen que pareçe su doctrina apostólica. Los demás Padres deste collegio, allende las confessiones en que se occupan en nuestra yglesia, van también, quando son llamados, a confessar los enfermos, y a visitarlos, y a las cárçeles, procurando de exerçitarse en los exerçicios acostumbrados de la Compañía con aedificaçión de los próximos.

4. En lo que toca a la salud corporal, todos estamos buenos, bendito el Señor, saluo vno o dos que andan a vezes algo indispuestos. Pero no dexaré de dezir a V. Paternidad de nuestro aedifiçio material, que ya la yglesia se acaba; de modo que para el día de San Bernabé, que será como de aquí a vn mes, poco más, passamos allá el sanctíssimo sacramento con mucho reguozijo que se spera, y fiesta del pueblo, porque tienen gran deuoçión con S.a Anna [2], y tienen mucho desseo de vernos allá

---

a mucho *ms.*

---

[1] P. Martinus Gutiérrez.

[2] In loco ubi collegium cum templo novo exstructum est, fuerat prius templum divo Vincentio et divae Annae dicatum, quibus etiam novum dicatum est. *Historia ms. collegii placent.* cc. 11-14.

mudados, por estar aquella yglesia más cómmoda para la gente de la çibdad [1]. El Spíritu Sancto se infunda en nuestros coraçones, y nos apareje morada en el çielo, donde siempre con sus ángeles y sanctos le alabemos, y a V. Paternidad guíe y conserue para bien de todos nosotros en su sancto seruiçio. Amén. De Plazencia a seys de Mayo año 1561.

Por comisión del P.e rector, sieruo de V. P.d

✝ Ju.o Fernández ✝ [2].

523

P. IOANNES DE VALDERRÁBANO

monteregio 7 maii 1561 [3].

1. *Curatur a sociis ut in bacchanalibus diebus ludi tollantur. Domus ubi scholastici habitant, invisuntur a magistris. Excursus ad vicina oppida. Christiana doctrina passim inculcatur. Studiorum ordo.* — **2.** *Fructus ex paenitentiae sacramento excepti. Male iuncti legitime iunguntur.* — **3.** *Mulieri desperatae auxilium fertur.* — **4.** *Quidam ex comitis aula locum collegio aptissimum parat. Qui in carcere detinentur, et aegroti in nosocomio a sociis iuvantur. Scholastica specimina exhibita. Acta a P. Nadal generali Societatis commissario.*

1. ✝. Ihs. Muy R.do P. N. in X.o — Pax X.i Después de la quadrimeste pasada se an hecho a gloria de Dios algunas cosas, cuio cognoscimiento creo que será grato a V. Paternidad. Los

---

[1] Vide inferius epist. diei 2 Septembris, in qua translatio Smi. sacramenti in novum templum describitur. Quod templum adhuc exstat in loco qui nunc dicitur « Casa-Hospicio ».

[2] In collegii catalogo ineuntis Ianuarii 1561 (in cod. *Tolet. 12.a*, f. 137) recensetur: « El P.e Ioán Fernández. Théologo. 5 años de Comp.ía Vino para praefecto de los studios en lugar del P.e Gaspar [Hernández] que hazía lo mesmo ». Recensetur etiam in catalogo ineuntis Maii (ibid. f. 139). Cf. *Litt. Quadrim.* V, 809, annot. 2.

[3] Ex originali in cod. *Hisp. 98*, f. 188: prius 239. Subsequuntur in ff. 189-191 duo exempla latina, alterum subscriptum ab eodem Valderrábano, alterum a Francisco Lara. Epistulae pars satis magna edita est in *Epist. P. Nadal*, I, 801-802. Vide etiam epist. Didaci Ximénez, ibid. p. 451-454.

días de carnestollendas se procuró por los nuestros el recogimiento de los studiantes, y se quitaron iuegos y salidas, que fué exemplo para los otros de fuera del studio; y uisitan los maestros freqüentemente los lugares do uiuen los studiantes, y se informan de su manera de uiuir, castigando los culpados, y aedificando a los moradores. La quaresma pasada salían cada domingo quatro Padres a predicar a los pueblos çercanos, y a las ueçes dos y tres leguas, y por las tardes decían la doctrina christiana en otras partes. Salían también dos o tres hermanos después de comer a la doctrina iuntando los niños y algunos hombres, tañendo con vna campanilla; de suerte que de onçe que estamos en casa, siete salían comúnmente a este exercitio. Los demás se occupaban en casa en sus ministerios. Los quales, bendicto sea el Señor, aunque siempre bien occupados, ninguno a caído enfermo. Destos, los quatro en enseñar grammática, y otro en casos de conscientia se exercitan. Léese en casa vna lición de matrimonio, y tiénese cada día vna hora de conferentias sobre la lición.

2. En las confesiones se a echo gran fructo. Yban los Padres a confesar a los lugares çercanos, y uenían a casa penitentes de dos y de tres leguas, y con todos se cumplió. Estaban cinco Padres ocupados en este officio. Hicieron algunas restitutiones, y reduciéronse algunos que estaban en mal estado, principalmente vnos idalgos, que pasaua de veinte años que estaban amançebados, y eran tenidos por marido y muger; y muchos que lo sabían de aquí y de Portugal, procuraban apartarlos; y el mismo obispo, abía tres años que entendia en este negocio, y nunca avía podido con él, o que se apartase, o se casase. Este mes de Maio vino a casa, y pidió confesión y se tractó sobre ello, y se casarán in facie ecclesiae vn día destos. Será cosa donde se sirua Dios mucho. Anse hecho algunas amistades, principalmente en los sermones.

3. Yendo vn P.e a vn lugar [a] le fué auisado como todos auían confesado, [excepto dos] [b], vn hombre, porque andaba en mal estado y enemistado, y vna muger principal y muy aparentada que, muerto su marido, auía tenido conuersación con vn hombre, lo qual sospechando los parientes, la aguardaban y procuraban la muerte, y ella desesperada se intentó ahorcar

---

a luger *ms.* — b *Duo vv. praec. videntur necessaria ad perficiendum sensum. Exempla latina habent* duobus demptis.

y matar la criatura. Después del sermón fué el señor seruido que se confesó, y se dió remedio a todo, y se ganaron dos almas, la madre y la criatura. Y el hombre enemistado perdonó y prometió de uenir a confesar a casa.

4. Confiésanse en casa todos los criados del conde [1], y los principales de aquí, y las iusticias, que es causa de gran rectitud en los officios. Vn criado, el más principal [2], del conde, viendo el fructo de tantos estudiantes, que cierto es grande, ansí en uirtudes como en letras, y es de uer el exercicio que ay en uerso y prosa, que ya no pareçe ser Galicia; mouido, pues, el criado del conde con ésto, nos a procurado vn sitio para la casa, que contentó mucho al P.e Nadal, commissario general, y al P.e Bustamante; y a prometido, y ansí lo hará porque puede y quiere, comprar las heredades çercanas, y meterlas en el sitio. Será después de acabada, cosa muy alegre, porque cae sobre el río y alamedas; y sana, porque está bien en alto, y cómoda harto para el ministerio de la Compañía. Tiénese cuenta con la cárçel, ansí en predicarles, como procurarles alguna cosa para la sustentación. Visítase el hospital procurando lo necessario a los enfermos. [*Quae sequuntur, edita iam sunt in* Epist. P. Nadal, I, 801; *ideo omittenda hic duximus.*] De Monterey a 7 de Mayo de 1561. — D. V. P. hijo y siervo in Xpo.

†

† VALDE RÁBANO † [3].

---

[1] Comes de Monterrey.

[2] Exempl. lat. « quaestor comitis ».

[3] Collegii rector. Sequenti anno 1562 primus Provincialis toletanae Provinciae creatus est. Cf. *Epist. P. Nadal,* I, 671. In catalogo provinciae toletanae ineunte mense Ianuario 1565 scripto, de eo dicitur: « P. Iuan de Valderráuano de 45 años, de Valladolid, dioces. Palent.; antes de entrar se ocupó en estudiar hasta acabar todo el curso de theolo. Entró a 14 de Agosto de 46. Ase ocupado en todos los officios y ministerios de la Compañía, excepto leer. Hizo profess. en Vallad. a 13 de Henero de 60 años. Aora es prouincial ». (Cod. *Tolet. 12.*a , f. 31). Cf. etiam *Epist. P. Nadal,* I, 713, annot. 1.

524

P. GULIELMUS ELDEREN

AUGUSTA 8 MAII 1561 [1].

Duo sacerdotes Augustae versantur cum P. Provinciali Canisio, qui fere biennio illic contionatur. Pauci alii contionantur catholice; tredecim vero aut quatuordecim haeretice, unde abundant in urbe haeretici; catholici autem, praesertim tenuiores, despectui habentur. Magna mutatio quae P. Canisii contiones subsequuta est, describitur. Non pauci ad catholicam fidem convertuntur. Scholastici pauperes, aliique egeni sublevantur. Esus carnis in quadragesima tollitur. Ieiunandi consuetudo instauratur. Spiritualia exercitia aliis cum fructu communicantur. Aliqui studiosi domi christianam doctrinam edocentur. Liber precatorius et catechismus, apposito P. Canisii nomine, eduntur; vetatque Caesar ne alii catechismi in sua ditione edantur. Curat insuper P. Canisius ut libri catholici ab aliis edantur, aut veteres recudantur. Haeretici contionatores Iesuitas, ut illi dicunt, et P. Canisium insectantur. Lutherani doctores Canisium contionantem Augustae audiunt. Patris Canisii praesentia et opera Augustae, non solum illi civitati, sed aliis etiam utilis.

525

IOSEPHUS GUIMERÁ

OCANIA 14 MAII 1561 [2].

1. *Sociorum numerus auctus. Candidati.* — **2.** *Scholastici paululum in malum declinantes, in rectam viam revocantur. Qui*

---

[1] Exstat originalis in cod. *Germ. 139* ff. 79, 80; prius 112, 113 (105, 106) Aliud exemplum est in cod. *Germ. 143*, ff. 41, 42. Fere integra edita est apud BRAUNSBERGER: *B. Petri Canisii Epist.*, III, 593-596, et 800-801. Ideo eam hic omittimus.

[2] Ex apographo coaevo in cod. *Hisp. 98*, f. 208; prius 523. Exstat apogr. in archiv. colonien. (HANSEN. 768).

in pluviae generali penuria Deum publica obsecratione et sui verberatione placare contendunt. Iunioris socii adhortatio omnium animos commovet. Carmen ab alumno recitatum scholis benevolentiam parit. — **3.** *Insectatio in socios sedata. Lites compositae.* — **4.** *Aliqui spiritualibus exercitiis exculti.*

1. ✝ Ihs. Pax et gratia Christi, etc. [*Breviter se scripturum dicit.*] Fratrum numerus post superiores litteras ad P. T. missas [1] satis auctus est: quindecim namque hic modo degimus, quinque Patres, reliqui uero fratres, quorum ijdem [a], de quibus iam te certiorem fecimus, erudiendis scholasticis incumbunt. [*Cuncti religiosam perfectionem adquirere curant.*] Nunc autem duo praeceptores, expleto probationis biennio, cum semper optimum religiosae uitae specimen dedissent, triplici scholasticorum uoto Societati se addixerunt. Ex ijs etiam, qui in scholis nostris grammaticae insudant, cum alij Dominicanorum institutum sint amplexi, alij uero ad franciscanam religionem aspirent, sunt etiam qui in nostra Societate admitti et desiderent et efflagitent [b]; at iustis de causis nondum cuiquam eorum concessum est. Deus Op. Ma. qui tam pia uota eorum mentibus suggessit, sua clementia ipsorum uotis satisfaciat.

2. Cum sermo ad scholasticos sit delapsus, rationi consonum uidetur, Deo fauente, studiorum nostrorum reddere rationem. Hactenus cum confessariorum penuria scholastici audiri a Patribus minime possent, maiores praesertim natu, et ab studijs et a uirtutis uia aliquantulum declinauerant, sed postquam a Patre Prouinciali [2] huic morbo adhibita medicina est, ita mores mutarunt, ut ad pristinum statum eos redijsse credam. Sunt etenim bonae indolis, et qui facile a uitijs confessione reuocantur, nec iniquo animo non solum singulis mensibus crimina confessario aperiunt, quem amore prosequuntur magno, uerum saepe crebrius confitendi ueniam a magistris exposcunt. Hoc unum referam, quod in tam tenera aetate commendatione dignum uidetur maxime esse. Cum uniuersa fere Hispania (ut ab alijs te iam suspicor accepisse) propter pluuiae penuriam in

---

a *Del.* quorum. — b *Prius* desiderant et efflagitant.

---

[1] Vide p. 67 sqq.
[2] P. Antonius Araoz.

maximo famis periculo sit constituta, et iam anni maiore parte transacta, omnes animum despondissent, propter hominum peccata Dei furore accensam iudicantes diuinam iusticiam precibus et orationibus et poenitentia placare exorsi, aliquando uniuerso populo conuocato, aliquando singulis curionibus cum clericis suis nostram et alias ecclesias adibant diuinum auxilium imploraturi; atque ex nostris scholasticis nonunquam aliqui tenella corpora flagellis caedentes huiusmodi pompas comitabantur; postremo tandem Patrem Rectorem [1] petierunt, pro tanta totius populi afflictione, sibi omnibus liceret die dominico disciplinis diuinam clementiam exorare: quibus a Patre uenia concessa, quo animis a peccatis immunibus flagella et orationes Deo gratae forent, statim Patribus sunt confessi: ijs a populo auditis, tanta hominum frequentia eo die ad nos confluxit, ut neminem Olcadibus nec ecclesiastici nec saecularis ordinis fuisse existimem, qui scholasticorum uotis fauere non studuerit: sed et disciplinantium numerus auctus est plurimis alijs etiam et nobilibus iuuenibus cum [a] scholasticis nostris accedentibus. Accessit pompae cuiusdam fratris decimum septimum annum agentis ad scholasticos exhortatio, quae haberi non potuit, quin a gubernatore, clero, alijsque omnibus, quos domus atrium coepit, audiretur: illius autem aetas uniuersam concionem in sui admirationem rapuit, uisque dicendi et in mouendis affectibus acrimonia cunctorum oculos in lachrymas dissoluit; nec paruus de eo postea sequutus est rumor, tantam spem et exteris et nobis de se dedit. Aliud etiam addam, ne exercitia nostra silentio inuoluam. Est recitatus dialogus in quo scholasticus proprio Marte per treis horae partes carmine perorauit, quod quidem non parum declarauit quam uberrimos apud nostros scholastici in litteris facerent progressus, cum praesertim ante Societatis aduentum uix ullus Olcadibus grammatices praecepta perfecte contigisset. Laus Deo a quo omnis cognitio dimanat. Haec sunt quae de studijs, Deo fauente, scribenda habuimus.

3. Patres uero audiendis confessionibus et concionibus habendis insudantes plurimum nobis omnium animos conciliant, quo effectum est, ut persecutio illa, quam in superioribus attigimus, facile fuerit sedata: iurisperitis et doctoribus, quibus

---

a cun *ms.*

---

[1] P. Didacus Carrillo.

negotium fuerat demandatum, Societatem iusta exposcere asseuerantibus, quorum sententia ac huius oppidi senatus consulto pro nobis etiam lato, ad congregationem seu generalem synodum equitum diui Iacobi (quos alio nomine commendatores appellant) adductis, in quam totius Hispaniae principes, atque adeo rex ipse [1] conuenerant, abunde uotis nostris est factum satis. Tanta est apud omnes de nostris in discordum animis ad concordiam reducendis, concepta opinio, ut uix simultates, tumultus et lites exoriantur, quae per nostros pacari statim omnes non studeant. Id quidem generis possem permulta referre, si hoc unum non satis illud arbitrarer aperire: ut cum sexaginta abhinc leucis uir truculentus hominem quendam interfecturus adductus foret, quo impune (autore tanti sceleris incognito) posset crimen palliari [a], huic malo facile a Patre fuerit obuiatum. Addam et inter primates duos [b] acerbissimas simultates exortas, multis uitae discrimen subeuntibus, quae precibus nullis, nullisque modis leniri posse uidebantur, aduocato etiam ex curia regia censorio iudice in sontes animaduersuro, a Patre tamen, rebus omnibus paccatis, pro uotis omnium, omniumque consensu, beneuola lata sententia, recessit.

4. Iis item diebus tradita sunt uiris quinque spiritalia exercitia, cuidam praesertim mercatori de Societate bene merito, qui hac solummodo de causa Toleto huc accessit. Faxit Dei bonitas, ut nos qui in ipsa uiuimus Societate, tales nos exhibeamus, quales ipsius institutum exigit, tuosque in Christo dilectos filios decet. [*Preces postulat.*] Olcadibus [2] pridie idus Maij 1561. R. P. T. minimus et indignus in Christo filius

IOSEPHUS [3].

R. P. Rectoris iussu.

Inscriptio.

IHS. Toscana — Olcadibus — Para la Prouincia de Italia citra Romam.

---

a paliari *ms.* — b duo *ms.*

---

[1] Philippus II.

[2] Varie nomen urbis « Ocaña » scribebant: Olcania, Ocania, Ocannia, Ocile, Olcades.

[3] Vide p. 71.

526

P. ANTONIUS LAREZ

ABULA 15 MAII 1561 [1].

1-2. *Ob quadragesimae sanctitatem, Patrumque Vázquez et Lárez contiones, et ministeria apud proximos crebriora fiunt, et concursus ad sacramenta frequentior, alieno contionatore nequidquam contradicente.* — **3.** *Cum sociorum apud cives gratia crescit collegii res temporalis. Optimi benefactoris mors.* — **4.** *Rectoris mutatio.*

1. ✝ Ihs. Muy R.do P.e nro. en Chro. Pax Christi etc. Los sólitos exercicios de la Compañía se han con el fauor del Señor exercitado más en estos quatro meses pasados que en otro qualquier tiempo del año, por encerrar en sí la quaresma, que es quando más el tiempo de suyo combida a los hombres a renouar sus vidas y dexar costumbres viejas, para lo qual se les ha ayudado con sermones del P.e Dionisio [2], rector pasado, cuya vida y doctrina de cada día era más estimada y tenida; y ansí con auer principales predicadores, clérigos y frayles, ha auido gran freqüentia, y mayor que nunca, en nuestra yglesia a los sermones. Otro sacerdote [3] ha predicado la doctrina christiana, como otros años se ha hecho, los domingos y fiestas por la tarde. Venía siempre gente a oýrla, y mostrauan quedar edificados los más sabios, y enseñados los que de ello tenían necessidad. También se han visitado los presos, y consoládose con dezirles la doctrina, y predicádoles vn rato sobre el euangelio. Offrescióse concertar algunos en pleitos y enemistades, que allí auían, y algunas dellas se acabaron con edificación.

---

[1] Ex origin. (autogr.?) in cod. *Hisp. 98*, f. 209; prius 392. Sunt duo exempla latina ab eodem A. Lárez subscripta (8 kal. Iunias 1561) in ff. 225, 226; et aliud exemplar a Ramiro subscriptum (idibus Maiis), quod per errorem inter epist. anni 1564 positum est in cod. *Hisp. 101*, f. 167. Exstat apogr. in archiv. colonien. (HANSEN, 767).

[2] P. Dionysius Vázquez.

[3] Exemplum latinum a Ramiro subscriptum ait: « Pater Larez doctrinam christianam exponebat, vt moris habet, pomeridianis horis Dominicarum aliorumque festorum ».

2. Los sanctíssimos sacramentos de la confessión y comunión se han freqüentado más que nunca, assí por auer auido más confessores, como porque la gente va de cada día entendiendo más el fructo de tan altos medios, no obstante que en algunos sermones ayan oýdo cosas que les estoruasen ésto; mas ha placido a nuestro Señor que con algunos medios que se han puesto, no aya hecho daño, antes prouecho, porque dello se tomó ocasión para conoscerse la verdad, y de afficionarse muchos a obrarla. A esta saçón vino vn jubileo, que para ganarlo vuo tanta gente, que desde que amanescía hasta bien de noche estaua la yglesia llena, con no faltar quasi siempre todos los confessores. Entiendo auerse offrescido en este ministerio ocasiones grandes, en las quales mucho se han ayudado las almas. Plega al Señor conseruarlas en el bien començado.

3. Otras obras pías, como son hazer amistades, ayudar a bien morir, boluer por los pobres y necessitados, se offrescen cada día en que mucho suelen trabajar los que a ello attienden, de que resulta el augmento spiritual deste collegio en ser muy amados y estimados los dél, gloria al Señor a quien se le deue toda, y no menos en lo temporal. Poco ha se lleuó para si nuestro Señor vn muy verdadero deuoto, que como en vida lo auía sido, pasando muchas maneras de contradictiones con differentes personas por la Compañía, en su muerte no se oluidó de hazernos limosna, dexando a esta casa parte de su hazienda, que con otras cosas que tiene, ayudará mucho al augmento della: y assí como a benefactor de la Compañía se le representamos a V. P. para que le mande encomendar a nuestro Señor en las oraciones y sacrificios de los nuestros de essa prouincia.

4. Después de pascua de resurrectión se partió el P.e M.o Dionisio, rector de este collegio para Valentia por orden del P.e M.o Nadal. Dexó los de este collegio muy solos, y a los de la ciudad muy desconsolados y tristes. Dezían cosas que bien mostrauan el affición y crédito grande que dél tenían, lo qual aun más se confirmó con su partida, que fué acompañada con mucha mortificación y pobreça, y ala proueído nuestro Señor de consuelo para todos con la venida del P.e Gaspar de Salaçar a ser rector. Muy de veras nos ha consolado el Señor con él, que aunque no ha más de 12 días que vino, paresce que tiene los coraçones de muchos. Ha predicado el primer sermón en nuestra yglesia; el 2º será en la mayor, a petición del cabildo. Assí para este ministerio, como para otros, le ha el Señor comunicado mucho spíritu y letras. Esperamos en su Magt. ha de

ser gran medio para el augmento deste collegio, y edificación desta çibdad. Juntándose a esto las oraciones y sanctos sacrificios de V. P. *[etc.]* De Áuila y de Mayo 15 de 1561.

D. V. P. indigníssimo sieruo en el Señor

† ANTONIO LÁREZ [1].

527

P. IOANNES QUADRA

BELLOMONTE 15 MAII 1561 [2].

1-2. *Sociorum valetudo et religiosa disciplina. Cives frequentes ad sacramenta suscipienda concurrunt.* — **3.** *Populi magistratus nostris benevoli.* — **4.** *Ad vicina oppida itur, atque ex illis ad nostros consilii capiendi et sacramentorum causa confluunt.* — **5.** *Scholasticorum profectus in litteris et bonis moribus. Eorum multi ex vicinis oppidis veniunt.* — **6.** *Societatis existimatio.* — **7.** *Aedium amplificatio.*

1. † Ihs. — Reuerende admodum in X.º Pr. — Gracia et pax Christi etc. [*Socii bene valent et ad perfectionem aspirant*]. Exomologesin peccatorum faciunt 8º quoque die bona pars hominum ac mulierum, et sacratissimam comunionem suscipiunt. Sacro tempore quadragessimae confessiones auditae sunt generalles, maximae [*sic*] quorumdam, qui diuturno silentio 30 annorum, et interim per totam uitam, peccata celarant, qui, pristinae vitae penitentes, et peccatorum pondere deposito, vere et ex animo rescipuisse uidebantur.

---

[1] Vide *Litt. Quadrim.* V, 152.

[2] Ex autogr., ut videtur, in cod. *Hisp. 98*, f. 211; prius 297. Praecedit aliud exemplum latinum in f. 110. Tum hae litterae, tum subsequentes a P. Quadra scriptae parvi momenti sunt, et parum accurata orthographia exaratae, et correctionibus ab ipso auctore, ut videtur, factis scatent. Pauca tantum ex illis exscribemus, nec in correctionibus annotandis inmorabimur. Exstat apogr. in Archiv. Colonien. (HANSEN, l. c. 767).

2. Multi ex precipuis huius municipij personis inuitati boni nominis odore, quo nostri confessarij apud omnes bene audiunt, ex eo quod audiendi confessiones officium exacte praestant, conscientias suas pandere et gracia aperiendi peccata sua ad nostros confluebant; quamquam primum ab eo studio recessissent falsa quadam persuasione deterriti, quod confessarios nostros plus aequo regidiores putarent. Coeterum vnus quidam inter alios intestino nostram Societatem odio persequebatur, ita ut iuraret per sancta nihil non acturum, quo res nostras funditus demoliretur: is aliquando afflatu Spiritus attactus, subito in alium convertitur, et ad domum nostram se recipiens, facta peccatorum confessione, nostri vehementer studiosus effectus est.

3. Memini me in superioribus epistolis ad te scribere quemadmodum occasione cuiusdam magistratus, ac gubernatoris nobis uehementer infensi, qui prouinciam istam susceperat gubernandam, quorumdam opidanorum in nos studium ac deuocio ex parte refrixerit, qui etiam eleemosynam nobis annuatim conferri solitam, summis votis impedire contenderet. Hi nuper ad publicum populi regimen asciti propicios sese nobis demonstrarunt, et per se ipsos extraordinariam eleemosynam in paschate dominicae resurrectionis, ex parte rectorum populi attulerunt.

4. Interim etiam inter proximos dissidentis animi consensio conciliatur. Conciones ad populum domi et in ecclesia populi habentur, et in quadragessima crebrius, ut assolet; lectiones etiam quas de casibus conscienciae appellant, magno clericorum concursu, nec minori cum fructu, quemadmodum spero. Ad populos etiam vicinos interdum uerbi diuini praedicandi gracia diuertimus, in quibus illud praecipue memoratu dignum uidetur, quod nonnulli simplicitate sua matrimonium contraxerant, et haud [a] sese ligatos putantes, ad aliud matrimonium, aut vitae propositum suscipiendum anhelabant; ab errore reuocati ad priora uota migraturos sese policiti sunt. Ex his etiam opidis causa suscipiendi super dubia consilij confluitur ad nos, et confessiones etiam faciendi: quibus ex rebus non parum proximis emolumenti proficiscitur, et in suis honor Christo paratur. Elementa doctrinae christianae in graciam puerorum traduntur [b] publice, vti fieri assolet, in nostra Societate.

5. Scolastici nostra gymnasia frequentantes in dies proficiunt in melius; literas vna cum probitate ac deuocione coniungunt;

---

[a] aut *ms.* — [b] traditur *ms.*

nonnulli prae ceteris ingenio pollentes ad nostram Societatem vehementer inhiant et ardenter sucipi [*sic*] eflagitant, desiderium virtuti copulantes; nam et deuocioni totos se dedunt, et ad xenodochia uisitandi, consolandi ac fouendi pauperes Christi gratia ueniunt. Interdum quoque publicas, quemadmodum ipsa res et personarum condicio patitur, mortificaciones faciunt. Externis e populis, et interdum longe abhinc dissitis, bona pars scolasticorum prouenit.

6. In dies magis ac magis Societatis nostrae puritas et veritas sincere conprobatur, et perspecta omnibus eficitur, et calent omnes quanta cum utilitate et profectu filiorum suorum recta institucio nostrae Societatis commendatur.

1. ✝ Jhs. Gratia et pax Christi sit semper in cordibus nostris. Amen. Temporis ratio a nobis efflagitat, R.de in Chro. Pater, ut paucissimis uerbis ea perstringamus, quae diuina clementia hisce quatuor elapsis mensibus per seruos suos, licet indignos, in vinea Christi filij sui operari dignata est. Vt autem primo loco ea, quae de rebus priuatis et domesticis scribenda occurrunt, significem, commorantur in hoc ducali collegio nostrorum octodecim, ex quibus quinque sunt sacerdotes, tres coadiutores, reliqui autem aut praeceptores aut classis rhetorices discipuli. Exspectamus autem quotidie sex aut septem alios Colonia ad nos uenturos. Omnes se diligenter exercent dictis superiorum morem gerendo, ea quae incumbunt agenda, suo loco et tempore ex ordine persoluendo, cordi sui secreta spiritalibus Patribus pandendo, et eorum doctrinis et consilijs acquiescendo, passiones fraenando, vitia extirpando, diabolicas tentationes et assiduas malignantium spirituum pugnas patientiae clypeo et fidei galea superando, exteriores etiam sensus a suis uagationibus et delectationibus cohibendo; corpusculum subinde flagellis castigando; obseruantias quoque et regulas Societatis nostrae diligenter seruando; Deum denique toto corde synceriter et con-

[1] Ex originali, aut apogr. coaevo, in cod. *Germ. 139,* ff. 88-89; prius 233-234 (232-233). Particulam edidit BRAUNSBERGER: *B. Petri Canisii Epist.*, III, 692.

stanter quaerendo. Sedulam interim superiores nauant operam, vt in officijs humilioribus omnes contineant, et explorent mores, diligentiam constantiamque singulorum in arrepto vitae proposito, num scilicet praediti sint ijs dotibus, quas haec sancta Societas summopere desiderat.

2. Vt uero ad uotorum adimpletionem, ad charitatis diuinae et fraternae perfectionem, expeditius possimus pertingere, solent superiores nostri saluberrima nobis quaedam et compendiosissima, eademque ex sanctis Patribus desumpta, proponere incitamenta, quibus horis et quasi momentis singulis fructuose occupari nos deceat; et hactenus quidem non sine egregio spiritus emolumento ista amplectuntur et sectantur plerique omnes. Ad haec, in more apud nos poni coeptum est, vt quae quisque nostrum ex lectione ad mensam habita memoriae mandauit, statim a prandio alicui sacerdotum (cui illius septimanae cura commissa) coram omnibus reddat, ut hora alioquin recreationi corporali concessa, collatis pijs sermonibus et bonis conceptibus in medium prolatis, cum vtriusque hominis vtilitate transigatur. R.dus etiam Pater Rector noster [1] non cessat octauo quoque die fratres (nisi legittimis distineatur impedimentis) suis cohortationibus ad culmen perfectionis incitare ac inflammare. Mirum autem in modum animos omnium in hoc sancto vitae instituto confirmauit annua illa, quae a P. prouinciali [2] iuxta regulas fit collegiorum visitatio. Hac enim factum est, vt quae suis sunt officij plenius singuli intelligerent, scrupuli multis eximerentur, perturbationibus non leuibus nonnulli liberarentur, et in meliorem multa ordinem redigerentur.

3. Hoc quadrimestri nulli in probationem sunt admissi. Fuere quidem nonnulli qui diu multumque, vt nostrorum possent asscribi numero efflagitarint; sed quia non admodum uidebantur ad nostrae vitae rationem et consuetudinem idonei, repulsam passi sunt. Spem interim non paruam concepimus de quibusdam praeclarae indolis et magnae exspectationis adolescentibus, quos Christo in hac sui nominis Societate nomina aliquando daturos plane confidimus. Affuit nobis superioribus diebus adolescens quidam non contemnendae indolis, genere hebraeus, et hebraicae linguae non ignarus, apud germanos tamen et natus et educatus. Hic paternae perfidiae pertaesus, ante quinquennium ad christianos clanculum confugit. Verum ut sunt haereticorum hic plena

---

[1] P. Theodoricus Canisius.
[2] P. Petrus Canisius.

omnia, in hereticos incidit catechistas [a], a quibus et institutus et demum est baptizatus. Cum autem, Deo ordinante, catholicos semel conuenisset, quod et ipsi hebraei genere [b] (ni fallor) erant, et ex ijs discrimen in quo propter haeresim uersaretur, didicisset, orthodoxos illico praeceptores quaerendos sibi putauit. Dum eius [c] rei gratia hac in Italiam transire cogitat, instinctu et suasu quorundam nostras accessit aedes, suique nobis consilij rationem aperuit. Nos adolescenti decepto, et humano iam omni praesidio destituto, compatientes, ad dies aliquot sustentandum eum curauimus, ut et catholicam interea fidem doceretur, et plenius eius nobis intentio innotesceret. Tandem vtcunque exploratum et probatum isthuc mittendum putauimus, vbi remotior a scandalis et erroribus, securius uerae religionis imbueretur rudimentis.

4. Fratres nostri qui operam dant literis, bonos tam in graecis, quam in latinis fecerunt progressus. Hi praeter quam quod octauo quoque die in coenaculo nostro orationes et contiones, tam latinas, quam germanicas, frequentes quoque lectionum repetitiones et disputationes intra domesticos parietes ex ordine et habeant et audiant; publice etiam ad discipulos, quando ordo illos attingit, latine perorant. Praeceptores, qui classibus praesunt, sunt numero octo. Omnes pro uirili dant operam vt officio suo satisfaciant, et talentum sibi a Deo concreditum bene collocent et expendant. Dantque operam, ut non secus atque patres discipuli ipsos suspiciant atque obseruent; et eam sane apud omnes existimationem habent et authoritatem, quam possunt habere maximam. Quo quidem fit, vt nouorum discipulorum magna semper ad scholas nostras fiat accessio, et ipsi qui disciplinae nostrae scholasticae impatientes turpiter aliquando nos deseruerunt, mirum quanta humilitate, quot et quantis melioris vitae promissionibus nobis factis, quot denique intercessoribus subornatis, denuo a nobis recipi postulent. Qui uero ex ijs in gratiam sunt recepti, eiusmodi mutati in melius animi specimen praebere pergunt, vt nulli dubium esse possit, quin aequissime nunc de suis praeceptoribus sentiant, quos temere aliquando contempsisse videbantur; et non praeceptorum, sed propria ipsorum culpa factum, quod a scholis aliquando nostris defecerint. Discipuli vnanimiter omnes impense anxieque student ut palaestrae literariae milites exercitatissimi euadant. Speramus eos

---

a *Emend. ex* cathecistas. — b *Del.* erant. — c *Emend. ex* huius.

hunc (si suo numine dexter affuerit Deus) ardorem animi tandem aliquando expleturos. Classis certe rhetorices discipulis (qui octauo quoque die disputationes in scholis, orationes publice habent) vnum id est propositum, vt summa cum gratia, nec minori verborum elegantia atque sermonis venustate, sua aliis sensa explicare queant. Reliquarum uero classium auditores in hoc vnice incumbunt, vt sua epistolia sint quam elaboratissima [1]. Quantum porro in pietate et bonis moribus progrediantur, haud facile dixerim. Lubenter equidem mensibus singulis peccata sua sacerdoti detegunt, nonnulli etiam crebrius. Eucharistiae quoque sacramentum non raro sumunt, vbi praesertim solennior dies aliquis occurrerit. Augustissimo altari sacrificio quotidie mira quadam deuotione intersunt; vbi hoc inter alia uidere iucundissimum est, nobilissimos quosque sancta quadam ambitione deseruiendi officio, dum sacris sacerdos operatur, inter se contendere. Quid quod multi auitam, sed pene iam sepultam, pietatem reuocantes adolescentuli altaria domi suae, parentum consensu, extruunt, imaginibus ornant, preculis frequentioribus honorant? Sed desino minima quaeque persequi. Verae religionis omnes, germanaeque pietatis solidam et expressam prae se ferre uidentur effigiem.

5. Nouo collegij aedificio, quod a fundamentis superiori anno auspicatum fuit, extrema iam manus accessit. Curauimus autem illud a R.^{do} P. Prouinciali praecedenti mense, solennibus adhibitis ceremonijs, benedici, et iam bona eius pars a fratribus nostris coepta est habitari. Benedictus vsque Dominus qui adijcit nobis affatim omnia, vt custodiamus iustificationes eius, et legem eius exquiramus. Deerat collegio locus commodus vnde aquam vsibus quotidianis necessariam peteremus. Iussit ilico illustriss. princeps [2] puteum in aedibus nostris parari, ne longius petendo grauarentur nostri. Bibliothecam insuper habemus selectissimis quibusque authoribus ornatissimam, non latinis [a] tantum, sed et graecis et haebraicis; et si qui forte nobis desunt, liberrime eos ex opulentissima atque praestantissima illustriss. ducis bibliotheca depromendi potestas nobis facta est.

---

[a] non latinis *in marg.*, *deletis* non lectis (?).

---

[1] In cod. *Germ. 142*, f. 224 exstat ordo scholarum coll. monacensis tempore autumn. 1561, et discipulorum numerus.

[2] Albertus V, Bavariae dux.

6. Numerus confitentium et communicantium apud nos, tam in festo Penthecostes, quam in Assumptione B.ae Virginis Mariae, non infrequens pro ratione huius noui collegij fuit. Et pauci occurrunt festi dies quibus non externi aliqui a nobis sacram percipiant communionem. Vnum est quod pijs nostris conatibus potissimum hactenus obsistit, nimirum iniquior quorundam ex clero in nos animus ex falsis suspitionibus et rumoribus, vt credo, profectus. Speramus tamen, Domino operante, syncere eos aliquando Societatis procedendi modum intellecturos, et nostra deinde studia omnibus etiam modis prouecturos. Est collegium hoc afflictorum et desolatorum omnium ueluti asylum vnicum et perfugium, et cum salutis vix ulla spes reliqua esse putatur, ad nos tanquam ad sacram anchoram confugitur. Concionatori nostro non deest gratia et frequens auditorium. Doctrina christiana non multo post Spiritus Sancti festa publice a nobis populo proponi coepta est, concesso in eum vsum nobis ab Illustriss. principe insigni quodam templo, aedibus nostris vicino. Habet haec lectio auditores plurimos, et noui quotidie accedunt. Exornat autem eam mirifice cantus suauissimus nostrae scholae discipulorum, qui ipsi lectioni praemitti et subiungi solet. Litaniae etiam et preces vespertinae nonnunquam adduntur, ut modis omnibus ad maiorem Dei gloriam auditoribus satis fiat. Quam uero haec eis placeant, facile intelliget qui assiduam et constantem ipsorum in his percipiendis deuotionem obseruauerit. Verum ne nimis [a] longa summatur oratio, haec de domesticis obiter dicta sufficiant.

7. Nunc ad externa veniamus, quae quidem cursim breuiterque attingam. Et primo quidem pauca dicenda occurrunt de illustrissimo principe nostro, cuius quidem animi erga nos propensio, etsi T. R. P. antea satis sit perspecta, non tamen silentij velo hoc tempore omnino inuoluenda. Illustrissimus itaque princeps noster, vti alias semper, ita et hoc quadrimestri summam erga nos beneuolentiam non semel declarauit, principibus quibusque viris, et uerbis [b] et scriptis, vbi ita ferret occasio, nos commendando; pretiosis aliquot casulis collegio huic dono datis, diuinum apud nos cultum promouendo, esculentis etiam animalibus, duce tanto dignis, subinde nos honestando. Cumque superioribus mensibus quinque reginae, clementissimi imperatoris nostri filiae, animi gratia Oeniponto huc venissent, et ad

---

a nimis *supra vers., deleto alio verbo.* — b uerbis *supra vers.*

varia deinde castra, illustrissimum principem comitatae, sese contulissent; iussu et uoluntate illustrissimi principis secundo et tertio, unus ex nostris euocatus fuit, qui coram eis et frequentissima nobilitate diuini verbi ecclesiasten ageret. Alia sunt huius generis quam plurima, quibus praeclaram illam suam, quam de nobis concepit opinionem, omnibus facit testatissimam. Experimur etiam non uulgarem aliarum honestissimarum personarum erga nos propensionem, cum uidelicet nunc casulis, nunc pannis elaboratis, nunc statuis et imaginibus deauratis, alijs id genus ornamentis, altare nostrum decorare student. R.diss Delphinus, nuncius apostolicus dignissimus, cum Monachium elapsis mensibus ad concilium illustriss. principem vocaturus accessisset, eximiam quandam sui erga nos amoris dedit significationem; et post multa familiariter nobiscum tractata, omnia tandem se nostri causa facturum benigne promisit. Ad haec curaturum se recepit, vt labores et studia nostra, quae iuuandae ter miserae huic Germaniae impendimus, ad vnguem intelligat summus pontifex. Sunt permulti alij primates viri, quos recensere nimis longum foret, abbates etiam, qui omnibus modis suo nos fauore fulcire, suaque authoritate tueri et promouere contendant. Haec sunt, R. P., quae hoc quadrimestri tibi significanda censuimus. Quod reliquum est, tibi res nostras omnes nosque totos tuis sacrificijs et orationibus sanctis commendamus, atque tradimus. Vale. Monachij 1561 Calendis Septembris. T. R. P. indignus filius.

CHRISTOPHORUS LYNDAURUS [1].

Inscriptio. Literae quadrimestres monachienses pro prouincia Italiae citra Romam.

---

[1] Dicitur etiam Lindauer. Humaniores litteras in collegio docebat. Anno praecedenti ex Italia in Germaniam remissus (Cf. BRAUNSBERGER, *B. Petri Canisii Epist.*, II, 596, 730), anno 1562 iterum in Italiam missus, a Societate defecit (ibid. III, 418, 443, 452, 454, 460, 461).

566

P. THOMAS RAGGIUS

NOLA 1 SEPTEMBRIS 1561 [1].

1. *Terraemotus nihil sociis nocet. — Vota cum spirituali profectu renovantur.* — **2.** *Pro communi Ecclesiae bono preces et mortificationes fiunt.* — **3.** *P. Provincialis collegium visitat, et publice contionatur. — Frumentum emendicatur. Quidam Societatem ingredi cupiunt.* — **4.** *Curant magistri ut alumni a pravis sociis avertantur.* — **5.** *Alia solita ministeria exercentur.* — **6.** *Haereticus episcopo traditur.* — **7.** *Instantibus sociis episcopus iubet ut pro animabus in purgatorio detentis campanae pulsentur; ut curiones doctrinam christianam inter missarum sollemnia doceant. Curatur etiam ut dioecesis ab episcopo lustretur.* — **8.** *Civium erga socios benevolentia.*

1. † IHS. Molto Reu.do in Cristo Padre. Pax Xpi. etc. [*Sperat litteras gratas fore. Omnes bene valent.*] La sera di quel terremoto (che in questo regno ha guastate alcune terre) cascorno pietre molto grosse del tetto nel cortile, sopra il luogo de la porteria, doue suole sempre stare alcuno; ma all'hora (Dio lodato) non ui si trouò niuno.

La domenica fra l'ottaua dell'Assontione, fatta prima la confessione generale, si rinouorono li uoti non senza frutto.

2. Si affaticano nell'andare auanti nelle uirtù et nelle lettere con ogni loro sforzo, agiutati all'uno et all'altro con essortationi in commune et in particolare; benchè molto si dogliono di non fare tanto frutto, quanto si desidera. Et dopoi che [a] V. P. R. ordinò si pregasse per la Francia et altre necessità de la santa chiesa [2], non si è mancato di fare tale ufficio in commune et in particolare; et di più si sono fatte ordinarie disci-

a *Emend. ex* poiche.

[1] Ex autogr. in cod. *Neap. 193,* f. 55; prius 356. Est aliud exemplum italum in f. 53, et latinum in f. 57.

[2] Cf. *Lainii Monum.*, V, 530, 536, 539, 543.

pline, compartite di modo, che ad ognuno tocca di farla una uolta la settimana.

3. È stato uisitato questo collegio dal R. P. prouinciale [1], la cui uenuta ci ha sommamente rallegrati, et è stata di molto frutto, sì nel collegio, come di fuori. Predicò il giorno di S. Bartholomeo nel uescouato, et sodisfece molto al popolo, come sempre esso suole.

Si è ancho fatta la cerca del grano con edificatione [2].

Alcuni di buone parti desiderano entrare nella Compagnia; fra quali ue n'è uno fuori di questa terra, che solo per la fama si è mosso.

4. Li maestri si affaticano affinchè li loro scolari faccino profitto sì nelli buoni costumi, come nelle lettere; et fra l'altre cose attendono a prohibirli le male pratiche, come cosa pestifera per la gente giouane. Il giorno de S. Giouanni, passando auanti la porta nostra la processione, si recitorno da li scolari alcuni uersi latini con un dialogo in uersi uolgari, et tutto con molta sodisfattione del popolo; tal che, se bene molti erano molestati dal sole, tuttauia per udire, uolentieri soffriuano il dissagio. Alli dì passati, essendosi inteso che un giouane, quale già ueniua ad udire tutte le lettioni a questo collegio, ma all'hora solamente greco, haueua subornato uno scolaro dell'inferiori, et tiratolo alla scuola che alcuni mesi sono egli ha posto, li fu dato comiato de le scole.

5. Si è perseuerato con li soliti essercitij di predicare, insegnar la dottrina cristiana, et confessare nella chiesa nostra; et fuori de la città sono etiandio andati li nostri ad udire confessioni, chiamati, non solamente da quelli signori che sono soliti chiamargli, ma anchora da altri di maggiore titolo; et da essi riceuuti con molta accoglienza.

6. Accascò questo mese di Giugno che, hauendo uno delli nostri, quale attendeua alle cose domestiche, fra due o tre uolte parlato con doi giouani forastieri, uenuti quì alla fiera, raccontasse poi in casa ad un'altro il ragionamento hauuto con li detti, et parendo all'altro che eglino hauessero opinioni heretice, lo uolse riferire al superiore. Il quale, ciò intendendo, ordinò che amendue insieme cercassero di abboccarsi con li predetti giouani. Et uenuta fra poche hore l'occasione, nel progresso del ragionare si scopersero assai più che prima, massi-

---

[1] P. Alfonsus Salmerón.

[2] Cf. *Litt. Quadrim.*, VI, 789.

mamente l' uno, che poi si trouò essere il peruertito, al quale l'altro era solamente compagno in quel uiaggio. All' hora però si partirono liberi; benchè poco dopoi tornassero, menando seco una iumenta che haueuano comprata nella fiera, affinchè gli fosse dato ricapito per quella notte in collegio. Ma il ricapito fu che andò subito uno de li nostri, uscendo per un'altra porta a dare di ciò auiso a Mons.re R.mo vescouo [1]; et alcuni altri in quel mezzo gli tratteneuano con parole. Vennero adonque li ministri et menorongli prigioni; benchè quello che non era machiato, presto ne uscì. L'altro fu essaminato, uolendo Mons.re predeto che uno de li nostri sempre si trouasse presente a gli essaminj. Et auengachè nel principio negasse, tuttauia poi confessò gli errori suoi, scoprendo etiandio molti altri de la medesima farina. Onde già formato il processo, insieme co 'l reo fu mandato in Napoli a requisitione del signor vicerè [2], quale ordinò si prouedesse a gli altri. Auenne anchora che, andando li nostri fuora de la terra, trouorno in una capella presso un casale una creatura, la quale auengachè fosse ueduta da molti altri, la lasciauano però stare, et forsi (per essere quella gente grossa) l'hauerebbe lasciata senza battesimo: onde se li procurò rimedio.

7. Oltra di ciò si è procurato che Monsig.re R.mo ordini che per tutta la sua diocesi si osserui l'usanza di sonare per l'anime del purgatorio, et che tutti li piouani la domenica a mezo la messa insegnino la dottrina cristiana al popolo; et finalmente che si faccia la uisita per la diocesi, la quale per molti anni auanti non si era fatta. Et speriamo nel Signore che di quella riuscirà non piccolo frutto.

8. Hora ci resta ch' io dica de la beneuolenza et diuotione di tutti uerso di questo collegio, la quale però alcuni de li principali più particolarmente dimostrano con suoi presenti. Due gintildonne de le prime, con hauer uoluto pigliare assonto di far bianchi li panni; vn'altra, pur nobile religiosa, con dare tutto l'olio necessario per la lampada che continuamente si tiene accesa auanti il S.mo Sacramento; et di più una signora napolitana, di casa illustre, con hauerci dati 50 ducati di limosina. Molti anchora sono quelli che con molta instantia ricercano l'orationi de li nostri; ma molto più saranno quegli che amino la Compagnia per la loro salute, quando il Signore sarà

---

[1] Ioannes Scarampa.
[2] Perafán de Rivera.

seruito con la sua copiosissima gratia disporgli a riceuere maggiore lume et più chiara cognitione dell' instituto di quella. Il che preghiamo V. P. R. uoglia impetrare a loro da la diuina bontà, et a noi di sempre essere un uiuo essempio di uirtù et uita cristiana alli prossimi, desiderando et procurando la loro salute per l' honore et gloria di Dio. Di Nola il primo di Settembre MDLXI.

Per commissione del R. P. Rettore nostro [1].

Di V. P. R. indegnissimo seruo in Christo.

Thomaso Raggio [2].

567

ERASMUS VOLKERO SAXO

panormo 1 septembris 1561 [3].

1. *Sociorum numerus. Omnes suo munere diligenter fungi conantur. Fiunt preces et corporis macerationes pro Ecclesiae et patriae bono.* — **2.** *Noviciorum sedulitas in religiosa perfectione acquirenda.* — **3.** *Contiones et catecheses.* — **4.** *Fructus ex sacramentis aliisque ministeriis perceptus. Spiritualia exercitia a diversis, cum viris, tum feminis singulari profectu peracta.* — **5.** *Pia sodalitas a sociis instituta numero et spiritus fervore crescit.* — **6.** *Pauca de collegio Montisregalis.*

1. † Pax Christi. [*Promittit se breviter et clare scripturum.*] Ci retrouiamo in questo collegio 55, li quali con le rendite del preditto collegio uiuemo. Fra li quali un sacerdote con tre laici sta nel nostro fego; li altri 51 quì in Palermo, parte nel collegio, parte in casa delli nouitij, parti anchora nella nostra uinea, la quali li mesi passati comprammo. Tutti, per gratia del Signore, stanno bene, benchè alcuni per questi caldi siano stati

[1] Ioannes Montoya.

[2] Vide *Litt. Quadrim.* VI, 619.

[3] Ex originali *(A)* in cod. *Sic 181,* ff. 246-247; prius 38-39. Subsequitur aliud exemplum *(B)* in ff. 248-249. Ab auctore italicae linguae parum perito scripta epistula soloecismis scatet.

al quanto deboli, et anchora alcuni habiano hauuto febre, tutti però in for di doi, uno delli quali da questa uita passò nell'altra, et il secondo anchora non è guarito per hauere un poco di febre, benchè ligera, recuperate le pristine forci, se ritrouano bene. Li sacerdoti son dieci, delli quali tre sonno solamente occupati nelle confessioni, duoi altri nelle classi più basse insegnano li primi elementi della grammatica, li altri si exercitano in offitij tanto di casa come di pietà. Tutti però quanti sonno, mentre che non sono occupati in altro, soglino odire le confessione, et specialmente le dominiche et feste principali, doue ci concorre tanto gran numero dei penitenti, che apena bastano li confessori udirli et satisfarli. Fra li laici quattro sono maestri, li quali nelle sue schole molto diligentimente si deportano, donde succede che li scholari non poco profitto facciano nelli studij, nè minore nelli boni et santi costumi. Perchè tutti li maestri [a] molto si sforzano, et si ingegnano che non solamente nelle litere deuentino dotti li scholari, ma anchora impiano li loro uasi di uertù et pietà. Quelli li quali attendino alle lettere sonno 21, delli quali sedici stanno in casa di nouitij, li altri 5 nel collegio. Li altri sonno quoadiutori temporali, li quali fanno le facende di casa, et le cose necessarie. Tutti per gratia di Dio Segnor nostro contenti della uocatione tendano al suo fine, che è la perfectione, et si sforzano a osseruare molto deligentimente li reguli; et quanto si apartiene alla obedientia, tutti quella esequiscano con gran pronteza et alacrità di animo. Da sua spontania uoluntà domandano penitentij spesse uolte, e quelle alloro concessi, o [b] iniunte, multo allegramente et con gran modestia le fanno. Ma che dirò delle opere humili nelle quali tutti molto si esercitano, et che è più l'uno si sforza uincer l'altro; nelle quali opere è stato un gran sperone et stimolo alli fratelli il Re.º Pr.e Rectore [1] tanto nella cuzzina lauando le scutelle, quanto anchora in refectorio seruendo in tauola a quelli che magniano; et che è più opera di charità, lauando li piedi alli fratelli nelle lor camere. La qual cosa anchora il Pr.e Alpidio [2] l'a fatto. Ogni giorno si recitano li letanie nella chiesa, et ogni mercordì si fanno disciplini per

---

a *Del.* tutti. — b *Prius* ho.

---

[1] P. Paulus de Achilles.
[2] P. Elpidius Ugoletto.

la conuersione delli heretici et anchora per il felice stato della chiesa. Il simile alcuni fanno il uenerdì per questo regno, acciochè dalli turchi non qua siamo offesi, ma liberati.

2. Li nouitij, per dire alcune cose di loro, son 16, li quali come sonno ben nati et anche di nobil sangue, cossì anchora tanto nelle littere, come nello spirito, uanno auanti et nobil profitto fanno. Et quel che più è da marauiglarsi, essendo tutti jueni, il più grande delli quali appena deidotto [*sic*] anni po hauere, e multi dai suoi parenti delicatamente alleuati, nentidimanco con totto questo nè pur uno se mai è curato di uisitarli, ma con ogni studio, allegreza et diligenza cercano di imparar le littere et bone costumi, sì come per li nostre constitutioni sonno informati; et questo tanto diligentimente si sforzano fare, che ogni uolta che io li uedo, non poco di loro mi edifico, nè minore allegreza mi piglo. Dio Signor nostro, il quale sì bon principio li ha dato, si degni farli ogni giorno profittare, et in sino al fine nel suo santo seruitio perseuerare. Nel mese passato di Augusto son stati reciuuti per la Compagnia tre, delli quali duoi son iouene mediocrimente nelle littere esercitati, ma il terzo è calzolaro ia di età matura, e per la sua arte a noi molto necessario. Molti altri sono anchora li quali molto caldamente domandano et supplicano per esser receuuti, li quali mentre intertenemo dandoli speranza, sì perchè noi uediamo si son constanti, sì anchora per potere sustentare, la qual cosa per ora, per la gran multitudine che ci è, non far si pò.

3. Il Pr.^{e} Carlo Pharaone predica nella nostra chiesa le dominiche et feste, doue concorre assai gente. Perchè multo meglo adesso che prima si sa accomodare al populo. Sole anchora in un monasterio di monache ragionare. Il R.^{o} Patre Rettore fra molte occupatione nelli quali è occupato, le domeniche dopo li uesperi, li quali habiamo sequitato, si come inanzi a V.^{a} R.^{a} è stato scritto, sequita esplicare la epistola di Santo Jacumo, et la doctrina christiana il uenerdì della nostra chiesa con grande satisfatione di tuti et molto piacimento. Vn altro Padre nello ospitale delli incurabili et in un monasterio di sacre virgini, dalle quali molto è stato pregato, ogni settimana racconta il uerbo diuino, nel quale offitio cossì si porta, che li malati consola, et le monache a ben uiuere esorta. Le esortationi, le quali il R.^{o} P.^{e} Rettore il uenerdì far soleua, mai da lui son stati intermessi. Ma la dottrina christiana la quale il Patre ministro haueua incominciato explicare le domeniche et feste alli quoadiutori, adesso per li sue occupationi ha lasssate, la quale il

R.º P.e Don Alpidio alli medemmi esplica. Oltra questo aiuto spirituale, anchora li giorni passati son stati dechiarati le constitutioni della nostra Compagnia dal R.º P.e Rettore.

4. Le confessioni sonno molto spesse, tanto nella nostra chiesa, quanto fora di quella. Spesse uolte sonno chiamati li nostri sacerdoti per confessar ammalati forastieri, delli qualli ci ui è un gran numero per li gran caldi della està che qui sono. Nelle feste della Pentecoste et Assuntione della Beata Vergine, tale e tanta fu la multitudine delli penitenti nella nostra chiesa, che il desiderio di tutti satisfar non si potti, benchè tutti molto si siano affatigati in questo, donde non si po sperare altro che bene, se non un grandissimo et uberrimo frutto del anime. [*Narrat aliquem casum.*]

Molti anchora del uno et l'altro sesso si confessorno generalmente di tutta la uita loro, di tal bona et honesta uita si son redotti. Molte elemosine da deuerse persone sonno dalli nostri procurate, et ogni giorno si procurano. Dieci matrone più nobile di questa cità, alcuni delle quali erano stati alla nostra chiesa, hanno hauuto dalli nostri li essercitij spirituali, dalle quali aiutate hanno incominciato a motar la uita passata, et cominciando loro sequitare più santa regola di uiuere et più aplicarsi alle cosi spirituali, più spesso nel mese nella nostra chiesa si confessano et communicano, benchè alcune siano state inpedite dalle loro mariti, amici et parenti. Similmente sei gintilhomini persone, nelle medesimi esercitij si essercitano, altri de i quali hanno animo de intrare nella religione di San Benedetto, altri nella nostra, et tutti finalmente quasi ogni giorni otto si communicano nella nostra chiesa. Sonno oltra di quelle, altre pie matrone, le quale da noi hanno richiesto li preditti essercitij, pur al loro desideria non si e anchora satisfatto per li gran caldi di questa està; ma per l'auenire più commodamente ce se satisfarrà. In questo mezo si intertengano con questa speranza, et non cessano frequentare li santissimi sacramenti. Vna sol cosa tacere non uoglo, la quale per mezo [a] deli nostri mediante la diuina gratia si è fatto che già cessi una molto brutta [b] et disonesta usanza che le donne, non so con che unguenti et colori (li quali uolgarmente chiamano rossetto) soleuano machiare et mettere a la fachia, et forma naturale. Molte monache di diuersi monasterij desiderano et si

---

[a] nezo *A.* — [b] butta *A.*

sforzano essere dalle nostri aiutate grandimente, pur a tutti per mancamento di sacerdoti, et perchè è cosa molto dificile per stare cossì male quì li monasterij, non si può satisfare. Pur nondimeno si sono udite le confessioni d' alcuni, donde si è cauato alcun frutto, et si caueria magiore, si a quelle attendere potessimo. Il R.º Monsignor Vicario è molto affetionato uerso di noi, et fa gran conto della nostra religione, la qual cosa da questo si uede manifestamente, che nelle cosi di importanza di spesso li da il suo loco et piena licentia di far quel che alloro pare.

5. La compagnia dalli nostri instituta, della quale altre uolte è stato scritto [a] alla R.ª V.ª, ogni giorno tanto [b] ui e [*sic*] numero, quanto il feruore cresce, et tutti che sonno in essa allegramente essercitano l' opere della misericordia nello ospitale. Tutti anchora (si come comandono le loro constitutioni) al minimo si confessano et communicano ogni quindeci giorni nella nostra chiesa [c]. Fra le nostre deuote molte con animo generoso et pio remettono le iniurie, sopportano opprobrij, sprezano queste cose frale et caduche, consolano li afflitti, uisitano li infermi, et finalmente aiutano li poueri. Alcuni anchora son tanti accesi et zelosi dell' anime, che niente altro, et più presto far uorriano, quanto tirar gli altri alla confessione. Molti sono che uengano al nostro collegio, et con le nostri delle cose dubie si consiglano; tutti certo con grandi allegreza et contentimento si partino.

6. Per ora non resta altro dire, si non che breuimente racolte a V.ª R.ª alcune cose del Regio Montano collegio [1], nel quali fra tutti stanno dieci fratelli, tre delli quali son sacerdoti, tre maestri, due scholari, duoi altri fanno li esercitij di casa, tutte le cose che le son commesse diligentimente et con grande alacrità d' animo esequiscano, et alla perfetioni aspirano. Le domeniche et feste mai mancano delle prediche, alle quali gran concorso di genti sol uenire; il gouernator ancho della cità spesse uolte con li patri conscritti, li quali tutti con gran desiderio ascoltano la parola diuina. Sono molte frequente confessioni, non tanto le domeniche et feste, ma anchora li dì di lauoro, donde è successo che multi, li quali uita

a *Desideratur hoc verbum in A.* — b *Del.* che. — c *Del.* fra.

1 Intellige collegium in urbe Monreale.

profana minauano, adesso loro costumi motassero, et piglassero più santo modo di uiuere. Li scholari, li quali sono circa cento quaranta, molto fanno profitto, tanto nelle boni costumi et pietà, quanto nelli suoi studij, mando [a] fra loro gioueni di molta bona indole, li quali con molti preghi domandano essere accettati nella nostra Compagnia, pur per certi cause non si receuono, nè anchora è stato alcun di loro preso. [*Preces postulat.*]

Da Palermo Calendis Septembris anno 1561.

De V.ª R.ª P.tà indegno figlolo in Xpo.

Erasimo Volkero Saxo [1].

568

IOANNES RINATTUS

parisiis 1 septembris 1561 [2].

1. *Ut oboedientiae satisfaciat, scribit citius quam voluisset.* — **2.** *Adversarii et fautores Societatis in regno Galliae describuntur.* — **3.** *Billiomenses erga socios mitiores fiunt. Cardinales Lotharingius et Turnonensis pro Societatis admissione, in concilio cleri gallicani verba faciunt.* — **4.** *Pris. Pontii Cogordani opera.* — **5.** *Romanorum imperator pro Societate ad Galliae reginam epistulam mittit.* — **6.** *Labores P. Provincialis et aliorum sociorum.* — **7.** *Socii Romam missi. Pestis Parisiis grassatur. Precum postulatio.*

1. Gratia et pax Dni. nostri Jesu Christi cum omnibus nobis. Amen. Libenti quidem animo, R.de in Chro. Pater, has quadrimestres tardius misissem ad R. P. T., nisi hoc ipsum facere

a *Sic in utroque exemplo; forsan legendum sit* trouandosi.

[1] Thuringius. Circa annum 1541 natus, Societatem mense Septembri 1559 Romae ingressus, rhetoricam et litteras graecas Panormi docebat. Anno 1564 in Germaniam remissus est. Cf. Braunsberger: *B. Petri Canisii Epist.*, IV, 527-528.

[2] Ex origin. in cod. *Gal. 53*, ff. 56, 57; prius 328, 329 (229, 230). Aliud exemplum in ff. 58, 59. Secundum Hansen, l. c. est exemplum in archiv. colonien. Ea usus est Fouqueray: *Histoire...*, I, 253.

sacrae obedientiae praescriptum vrgeret. Cupiebam enim eam certiorem reddere de ijs omnibus, quae acta essent in concilio hoc (quod nationale quidam uocant) [1], et in secretiori regis consilio, necnon et in senatu parisiensi circa Societatis nostrae admissionem; sed quoniam tardius haec omnia geruntur, quam essem arbitratus, paucioribus nunc agemus, reliqua dicturi proximis literis.

2. Atque hoc in primis non praetermittendum puto, quod institutum scilicet nostrum summopere Deo Opt. Maximo placeat, quoniam daemon omnibus quibus potest modis, efficere conatur ne hoc in regno, in quo est magna messis et pauci operarij [2] (pauci enim sunt qui quaerant ea, quae sunt Jesu Christi) [3] radices figat. Optime Deus, quot habet hic humanae naturae inimicus satellites, qui eius regnum dilatare satagunt? Quam vero paucos Christus, qui eius dominationi subesse, et ecclesiae catholicae obedire uelint? Qui sunt ex Deo, nobis utique fauent; qui sunt ex parte illius homicidae qui ab initio peccat, aduersantur. Qui instituti nostri rationes norunt, prae gaudio exultant, quod hisce temporibus Christus Dominus noster Societatem hanc in lucem eduxerit, cuius ministerio subortae tenebrae luce perfundantur; ij vero quorum infinitus est numerus [4], et qui diligunt magis tenebras quam lucem, ut non arguantur opera eorum [5], omnibus neruis, et manibus, ut aiunt, pedibusque conantur, ne quid Societati [a] nostrae deferatur honoris, neue in regno hoc recipiatur. Qui claudicant in fide, imo uero qui non ecclipsim modo, uerum caecitatem patiuntur, antropofagorum more nos libenti animo non solum deuorarent, sed et deglutirent. Scribae uero et pharisaei (qui et sanctitatis et scientiae se normam prae omnibus [b] habere contendunt) non minori nos odio prosequuntur, arbitrantes a nobis status sui pendere periculum. Sed licet in cubiculis obmurmurent, necnon in concionibus publicis nonnumquam aliquid euomant, cum tamen maiorem cardinalium partem, plurimos qui sunt ex secretiori consilio regis, reginam matrem, et supremae curiae nonnullos praesides ac

a *Emend. ex* Societatis. — b *Del.* se.

[1] Concilium ad Poissy congregatum.
[2] Cf. MATTH., IX, 37.
[3] Cf. PHILIP., II, 21.
[4] Cf. ECCLE., I, 15.
[5] Cf. IOANN., III, 20.

consiliarios partibus nostris audiunt fauere, ancipites redduntur, nosque nonnunquam amicorum more salutant, aliquando vero nec auere dignantur. Nos vero quid? Bonum pro malo reddentes, oramus obnixe Christum dominum ut auferat ab eis uelamen, quod positum est super cor eorum [1], ne cum hoc mundo damnentur [2], gratiasque agimus ei qui uocauit nos in sortem (ut pie arbitramur) [a] sanctorum, educens nos de tenebris et caligine huius seculj, humili animo tantum eius in nos agnoscentes beneficium, quod sua dignatus sit dignatione, in militum nos suorum coaptare numerum. Haec forte nonnulli uiderentur praetermittenda, quod magis tribulationes nobis instare, quam consolationes prae se ferant; sed qua de re magis gloriatur ille Christi praeco Paulus quam de infirmitatibus, quam de tribulationibus, quas pro Christo suo patitur? Haec sane est via illa regia per quam imus ad astra, ut compatiamur scilicet cum Christo, si cum Christo uolumus conglorificari [3]. Vnde miseros eos, omnique lamentatione dignos esse arbitror [b], qui cum Christi regnum tantopere significent uerbis se quaerere, opere tamen et via crucis nihil nimus faciant.

3. Biliomenses qui aduersus nos cristas erexerant [4], hisce proximis diebus vna cum Pre. Bap.ª Violaeo ad nos venere mitiores facti, nihil amplius petentes quam quod Societas nostra in hoc regno admittatur; eaque de re supplicationem (quam vocant) R.ᵐⁱˢ car.ᵇᵘˢ a Lothoringia [5] et turnonensi [6] porrexerunt (ij enim sunt inter praecipuos concilij huius), eos autem adeo benigne ac obuijs vlnis excepere ij R.ᵐⁱ Patres, ut nihil supra, addentes et hoc: o vos beatos quos diuina maiestas hisce temporibus horum probissimorum uirorum munere sit dignata. Vtinam eius misericordia fieret ut singulae huius regni prouinciae tanto potirentur bono. Quare amplexamini sodalitium hoc Jesu Christi, eius imitamini vestigia, nos vero et nomine uestro nostroque operam dabimus, ut Gallia tanto Dej dono non

---

a *Del.* pie. — b *Del.* eos.

---

[1] Cf. ii Cor., III, 14-16.
[2] Cf. i Cor., XI, 32.
[3] Cf. Rom., VIII, 17.
[4] Billiomaei contendebant ut legata quae Guilelmus de Prato, episcopus claromontanus, collegio billiomaeo reliquerat, ipsis administranda traderentur. Cf. *Lainii Monum.*, V, 404.
[5] Carolus de Guisa.
[6] Franciscus de Tournon.

priuetur. Cum huic vero spectaculo adessent nonnulli eorum, quos testamenti sui reliquit executores foel. mem. episcopus claramontensis, uel pietate moti, uel uerecundia suae ignauiae, ijsdem R.mis car.bus eiusdem sententiae supplicationem dedere; quos eadem humanitate ijdem Patres exceperunt, et ad munus suum obeundum sunt hortati. Postridie eius diej, conuentu Patrum facto, insignis ille et admirabilis ingenij vir ill.s car.lis a Lothoringia, suscipiens in se patroni nostri causam, orationem in sodalitij nostri gratiam apud Patres habuit, illudque [a] quibus potuit modis, laudibus omnibus exornauit, eiusque admissionem in hoc regno petiuit. Hunc subsecutus est antiquus ille dierum card.lis turnonensis, qui quantum fructus adferat haec Societas non solum in regnis christianorum, uerum etiam apud Indos, publice retexit. Hoc vnum, inquit, inter caetera uos ignorare nolo, nempe me ipsum (ob eorum vitae probitatem sanctioremque doctrinam) collegium illud meum, quod apud meos non sine magnis sumptibus aedificaueram, cum [b] vniuerso prouentu suo, huic sodalitio perpetuo munere concessisse. Tres alij card.les, D'Armagnac [1] scilicet, Guisianus [2] et ille qui de Borbonum est familia [3], in horum sententiam iuere. Ex episcopis plurimi eiusdem fuere sententiae. Aderant nonnulli scribae et praelati, qui alio oculos conuertebant. Nondum lata est sententia. Quapropter R.mus a Lothoringia, et sanctissimus ille senex turnonensis, bono animo nos esse jubent; futurum (inquiunt) speramus vos tandem admittendos, uelint, nolint et scribae et pharisaej, et qui non sunt purioris farinae [4].

4. Pater Pontius [5] a latere istorum cardinalium et pontificum non discedit, expectans negotij finem, eoque fit animosior, quo plures sibi objciuntur aduersarij. Vtitur perpetuo consilio eorum car.lium quos paulo ante commemoraui, Rmi. episcopi de Mirapoys [6], et doctoris Vincentij Laurej, qui omnes negotium hoc nostrum suum esse reputant, eamque ob rem digni existimandi sunt qui omnium Patrum et fratrum orationibus commendentur.

---

a *Prius* eamque. — b *Del.* reditibus suis.

---

[1] Georgius d'Armagnac.
[2] Ludovicus de Guisa.
[3] Carolus Borbonius.
[4] Quibus conditionibus admissa sit Societas vide sis apud FOUQUERAY, l. c. I, 253 sqq.
[5] P. Pontius Cogordan.
[6] Petrus de Villars.

5. Hisce diebus Romanorum imperator [1] ad reginam matrem dedit literas, quibus nititur persuadere sodalitium nostrum in hoc regno admittendum esse. Accepit illa literas, legit [a], ac Patri Pontio omnem suam operam promisit.

6. Pater Paschasius [2], rerum Societatis nostrae optimus procurator et pater, nullum non mouet lapidem ut Societas recipiatur, maiorque pars diei hac in re ab eo absumitur; reliquum quod superest temporis, confessionibus audiendis et oeconomiae [b] impendit; adeoque nullus ei datur locus, quo senescens corpus aliquantula recreatione conquiescat. Reliqui Patres confessionibus quotidie audiendis occupantur in proximo templo, et diebus festis in aede D. Germanj; reliquum temporis inpendunt, sicut et fratres domestici, literarum studijs et orationibus sacris.

7. Binos jamdiu fratres itineri romano destinauimus, quos iam prope Romam esse arbitramur [3]. Hisce diebus elapsis magistrum Nicolaum Lietardum et alium fratrem domesticum cum quatuor alijs qui Societatem ingredi cupiunt, ad R. P. T. misimus [4]; quorum iunior facile in regis consiliarium erat coaptandus absolutis legum studijs. Interea quoniam uiget Lutetiae ac crassatur [*sic*] in dies magis morbus is (quem pestem vocant), ne fines nostros, immo nec alienos ulterius inuadat, petimus a R. P. T. iubeat orationes a Patribus et fratribus fieri. De peste illa quae animos obsidet et non corpora, nullam hic mentionem facio, sperans cuilibet christiano id negotij satis esse commendatum, si modo diligit proximum suum aeque ac se ipsum. Bene valeat R. P. T. in Chro Dno. Jesu, quam nos [c] omnes precibus et sacrificijs suis, ut iuuet obsecramus. Cal. Septemb. 1561.

R. P. T. indignus filius.

JO. RINATTUS [5].

Ex mandato Patris prouincialis.

Fol. 57v. Quadrimestres collegii parisiensis.

---

a *Emend. ex* perlegit. — b *Praec. v. in marg., deleto in textu, quia obscure exaratum.* — c *Prius* nosque.

---

[1] Ferdinandus I.

[2] P. Paschasius Broet, Galliae prov. praepositus.

[3] Cf. *Epist. PP. Broet...*, 189.

[4] Ibid., 192.

[5] In responsis ad interrogationes P. Nadal (III, 237) datis Tornaci anno 1562, dicit inter alia se esse ex dioecesi viennensi in Delphinatu, triginta et duos aetatis annos natum et ingressum Societatem Romae ante quattuor annos, et fuisse Parisiis et Tornaci.

569

P. IOANNES ROGELIUS

TOLETO 1 SEPTEMBRIS 1561 [1].

1. *Disciplina religiosa. — Novitiorum institutio.* — **2.** *Cives frequentes ad sacramenta. — Pauperibus, vinctis, graviter aegrotantibus assistitur. Mulier a peccato; maritus ab uxoris damnatione procuranda avertitur.* — **3.** *Socii sedulo in theologiae studium incumbunt.* — **4.** *Domus in media urbe emitur.*

1. ✝ Jhs. Admodum R.^{de} in Chro. Pater. Pax Christi etc. [*Dicit se breviter scripturum.*]

Ac primum, sumus hoc tempore pauci, sed bene, gloria Christo, occupati. [*Cuncti ad religiosam perfectionem aspirant.*] Sunt nonnulli nouitij domi, quos quidam sacerdos quotidie vna congregatos instruit, quodam spirituali libro eis exponendo; quorum fructus in tolerandis laboribus perspicue enitescit. Proponitur etiam ipsis meditandi materia, cuius deinde rationem reddere consuescunt; edocti nihil tentationis debere occultum retineri, quod sit in ipsis detegendis vtilitas amplissima.

2. Sacerdotes quoque se in suis ministerijs perpetuo exercent, tanta confitentium copia concurrente, quantam alijs literis intelligere T. P. potuit; et cum hinc discesserint contionatores famosissimi [2], quibus hoc frequentiae beneficium acceptum ferri posse videbatur, et praeterea curia ex hac vrbe iam discesserit [3], ex qua plurimi ad nos confluere solebant; tamen nihilominus tantus est concursus, vt omnibus diebus nobis occupationem praebeant non exiguam. Xenodochia praeterea inuisuntur a Patribus, vbi pauperes corpore et spiritu recreantur, mundatis eorum animis et corporibus, exercendo officia humilia ad eorum munditiam, et confessiones audiendo. A vinctis etiam vocantur, partim vt ipsos consolentur, et confitentes audiant, partim etiam

[1] Ex origin. in cod. *Hisp. 98*, ff. 318 et 321. Subsequitur aliud exemplum latinum in ff. 319, 320.

[2] Celeberrimus fuerat P. Ioannes Ramírez. Cf. *Litt. Quadrim.* VI., 486, 670, 832.

[3] Matritum discesserat.

vt addant deficientibus animum, quo sint paratiores ad supplicia patienter toleranda; quod cupiunt nonnulli vt saepissime fiat, vt animo firmiori patiantur, et a nostris quid eos oporteat facere intelligant. Nec vero infirmis ciuitatis negatur nostra opera, quin saepius ad eos iuuandos nostri sese conferunt; non modo confessionibus audiendis, sed etiam morientibus assistitur, donec animam (Deo annuente) exhalauerint; vnde fructus non solum morientes [a], sed etiam assistentes plurimus consequitur. Videt enim vnusquisque oculis, et audit, quomodo se ad eiusmodi terminum deceat praeparare, qui nullum est praeteriturus mortalium. In alijs denique operibus charitatis occupantur nostri, vtpote animas cacodemonis imperio subditas in veram libertatem vendicare [*sic*]. Quaedam enim mulier alienigena, cum amatorem sequuta, paternam deseruisset domum, ministerio nostrorum ad meliorem frugem se recepit, religionis coenobium ingressa, vbi magna cum aedificatione omnium perseuerat in virtute. Homo quidam praeterea vxorem in vincula coijciendam curauerat, et eam de adulterio constantissime accusabat, certus rem ad finem vsque perducere, nisi vnius ex nostris monitis sententiam mutasset, dummodo ipsa in monasterium aliquod se reciperet, pollicitus se non vlterius progressurum, quin eam, si vere resipisceret, recepturum.

3. Inter haec omnia negotia solent etiam nostri quod superest temporis, rei literariae impendere, quo commodius sua munia exequantur. Conueniunt enim vna singulis diebus, vt lectionem theologiae a Patre Rectore [1] audiant, quam deinde ipsi inter se ventilare possint, cuius rei fructum optimum fore speramus.

4. Domus propria in hac vrbe nobis hactenus non fuerat; hanc tamen emimus hoc tempore commodissimam; tametsi, quoniam eius est generis vt vendi facile nequeat, fuit eius vendendae facultas a rege impetranda, quae iam est ex parte impetrata; quae res fuit voluptati quam plurimis ciuibus, partim quod nobis omnes bene cupiunt, partim etiam quod est sita in media vrbe, loco commodissimo [2]. Statim a principio (vt in re-

---

a *Emend. ex* morientibus.

---

[1] P. Petrus Doménech.

[2] Vide certiorem situs descriptionem in litt. quadrim. 1 Ianuarii 1562. Loca in quibus nostri Toleti habitarunt, priusquam propriam domum habuerunt, bene exponit Alcázar: *Chrono-historia*, I, 366 (an. 1559), II, 39

rum nouitate fieri solet) nonnulli ex vicinis religiosis obstare voluerunt; primum praecibus, deinde etiam lites minitando; nunc vero non solum ab instituto destiterunt, verum etiam aequo animo nostri se viciniam expectare dicunt, etiamsi templis templa coniungantur, quod idem sit finis omnium. Est sita domus, vt dixi, in vrbe media iuxta templum maximum ducentis fere passibus, qui locus est totius vrbis frequentissimus; emitur autem praecio quinque millium aureorum.

Faxit Christus vt vtraque domus, interna praecipue, extruatur et ornetur non putribilibus auro et argento, sed feruentissima charitate perpetuo duratura. Quod vt nobis facilius obtingat, tuae Paternitatis orationibus et sacrificijs suppliciter iuuari poscimus. — Toleti Calendis Septembris anni 1561. Ex commissione R.di P. Rectoris.

T. R. P. indignissimus filius et seruus.

✝

IOANNES ROGELIUS [1].

570

PETRUS HOLANDUS

VINDOBONA 1 SEPTEMBRIS 1561 [2].

1-2. *Sociorum numerus. Religiosa disciplina.* — **3.** *Socii alio missi.* — **4.** *Novicii ultimis mensibus admissi.* — **5-7.** *Candidati.* — **8-9.** *Catalogus mittendus promittitur. Inferiores scholae ob pestem clausae.* — **10-11.** *Superiores scholae florent, spesque est illas, adiuvantibus principibus, florentiores*

(an. 1562). Cum primum nostri anno 1558, mense Octobri, Toletum adierunt, per aliquot menses hospitati sunt in aedificio quod pueris educandis (« Colegio de los Infantes ») archiep. Siliceus exstruxerat. Post in domo Rui López de Ávalos, quae templo D. Magdalenae contigua erat. (Cf. et ASTRÁIN: *Historia...*, II, 43-44). Inde, anno 1560, ut locus daretur domino Ioanni de Austria, in alias aedes migrare coacti sunt, ubi prius piae feminae habitarant (Cf. et *Epist. P. Nadal*, II, 69, 87). Haec domus dicebatur Sancti Spiritus, et sita erat « al torno de las Carretas », quam postea moniales D. Bernardi incoluerunt.

[1] Cf. *Litt. Quadrim.*, VI, 236.

[2] Ex origin. in cod. *Germ 139*, ff. 90-94; prius 64-68. Particulam edidit BRAUNSBERGER in *B. P. Canisii Epist.*, III, 759-761.

futuras. — **12-14.** *Contiones aliaque erga proximos ministeria.* — **15-20.** *Fructus ex sacramentorum administratione.* — **21-23.** *Institutae rogationes et decantatae litaniae instinctu Hosii Cardinalis, qui se nostris benevolentissimum exhibet.* — **24.** *Corporis afflictationes ad Ecclesiae bona obtinenda.* — **25-27.** *Discidia composita.* — **28-30.** *Carceratis et aegrotis auxilium fertur.* — **31.** *Curatur ut gravioribus malis remedium adhibeatur.* — **32.** *Collegii existimatio apud diversos populos crescit.* — **33-35.** *Acta in synodo strigoniensi. De collegio Neosolii erigendo tractatur.* — **36-37.** *Patris rectoris ad episcopatum transsylvaniensem afflictum profectio.* — **38.** *De collegii tyrnaviensis initiis.* — **39.** *Caesar viennense collegium pecunia iuvat.* — **40.** *De tyrnaviensis collegii fabrica.* — **41-43.** *Alia Caesaris beneficia.* — **44.** *Civitas viennensis locum horto et rusticationi accommodum nostris concedit.* — **45.** *Aliqui socii vota vovent.* — **46.** *P. Provincialis exemplo et hortationibus ad perfectionem excitat.* — **47.** *Cui imperator litterarium negotium commendat.* — **48.** *Sacerdos anabaptista ad Ecclesiam redit.* — **49.** *Religiosus moravus contendit ut nostri eius scripta liment.* — **50.** *Ecclesiasticus vir ab animi anxietatibus liberatur.* — **51-56.** *Confessionis sacramentum a sacerdotibus frequentatur; et vires suas mirabiles in illis et in aliis exserit.*

1. † Ihs. Pax Chri. etc. Referam, Rde. admodum in Chro. Pater, vnis his litteris, praecipua quaedam eorum, quae in hoc caesareo minimae nostrae Societatis viennensi collegio Dominus Ihus. per inutiles seruos suos, proxime exacto quadrimestri perficere dignatus est.

2. Septem et quadraginta, qui hic sunt, instituti nostri memores ad Penthecostes festum vota sua imprimis, pro more nunquam satis laudato Societatis, maximo, non dubito, affectu renouarunt. Circa idem tempus non sine fructu, quod ex effectibus licet colligere, domestica offitia fuerunt distributa; ut et veterani milites labore leuarentur, et recentiores hac ratione instituerentur; deinde vero tanta pietate abnegationi propriae voluntatis student, tantique sunt in refrenandis proprijs animi aegritudinibus, ut frequenter gradum sistere, frequenter, vt [a]

---

a vt *supra vers.*

dici solet, fractis ceruicibus retrocedere (quae diuina est bonitas) cogatur antiquus humani generis hostis. Idem hoc temporis infenssissimus, si vnquam ante, sane nobis [a] atque molestissimus. Continent nos omnes in acie [b] hac strenue, Deo sit honor, Rector noster [1], atque magister Cornelius [2], totius collegij confessarius (qui duo soli apud nos sunt professi) et sex alij sacerdotes Domini, quorum vnus Adamus Heller, modo vicerector collegij, primitias suas Deo Opt. Max. in ipsis Pentecostes festiuitatibus pie obtulit. Hij [*sic*] itaque omnes precibus et sacrificijs, verbo, exemploque imprimis inculpatae vitae, ac singulari quadam industria id, per Dei bonitatem, efficiunt, vt et cadamus rarius, et surgamus citius atque feruentius, et pugnemus libentius, et stemus cautius, et vincamus iucundius. Poenitentias voluntarias multo frequentiores esse dixerim ipsis impositis. Augescit in dies magis magisque obseruantia erga maiores, mutua charitas, studium obseruandarum legum nostrarum; et ut semel hoc dixerim, ita charitate atque fraterno amore in Chro. Ihesu aestuant nonnulli, ut castigatione corporis vltro suscepta, plagis sibi ipsis impositis, tanta constantia aliorum peccata deflere, eorumque restaurare lapsus pia oratione apud Dominum contendant, quanta uix forte a multis credi possit. Equidem non dubito quosdam e nostris illud attigisse perfectionis fastigium, ut etiam anathema fieri a Christo pro fratribus suis cupiant [3]. Exaudiuntur autem pauperes Christi nonnunquam; tantoque feruore istis auxilijs ad cor nonnulli redire videntur, ut pium quemuis hominem, prae nimio gaudio, horum conuersiones ad Dominum adigere ad lachrymas possint. Sed de his plura, non dubito, daremus, nisi frequentes, ob rectam huius collegij, et aliorum, institutionem, distractiones [c] pernecessariae Rectorem, nostrosque alios Patres, quasi furtim a nobis saepe abducerent.

3. Missi sunt quatuor his mensibus hinc alio, magister Carolus Grim, dextra, ut ita dicam, rectoris nostri manus [d], Oenipontum; ut illic primo quoque tempore locum et suppellectilia

---

a nobis *supra vers.* — b aciae *ms.* — c *Prius* distractionem. — d manus *supra vers.*

---

[1] P. Ioannes de Victoria.
[2] P. Cornelius Broghelman.
[3] Cf. ROM. IX, 3.

his praeparet, qui breui, Deo duce, eo mittentur [1]. Doctor Hermes [2] et Pr. Henricus [3] in Flandriam, breui, ut speramus, negotijs illic confectis, huc reuersuri. M. Volfgangus Maria [4] et Vrbanus [5] Pragam. Caspar Labacensis, et Pascualis [6], in Italiam. D. Saidel, Anthonius flander [7], Palma ad collegium tyrnauiense in Vngariam. Pr. Dauid Eckius, qui hinc Au[gu]stam versus profectus erat, Italiam reuisurus breui dicitur [8]. Dirigat horum Dominus Ihesus et iter et actiones, nosque tueatur omnes, pro bonitate sua, semper. Praeter hos quam plures alij de sententia R.[di] Pris. prouincialis [9], hinc, circa renouationem studiorum dimittentur; vt nostra abundantia aliorum sit supplementum collegiorum. M. Ogerius, Volfgangus Arcularius, ac Orthnerus [10] Augustam sunt profecti.

4. Insignes praeterea magnaeque spei adolescentes tredecim in nouo illo tyrocinio degunt, de quo alias ad R. P. T. scripsimus, a nobis et loco, et mensa, et exercitijs, et conuersatione, ut probationis ratio exigit, in hoc eodem collegio quidem separati, in eo vitae genere nostram sane fere omnium expectationem exemplo prorsus [a] superarunt, ac breui temporis curriculo tantum in virtutibus solidis uidentur profecisse, ut iudicio multorum approbationeque R. Patris Prouincialis ad studia, quae post vnum atque alterum mensem, Christo Ihesu bene propitio, restaurabuntur, merito illinc educi debeant. His succedent, paris expectationis, ut speramus, alij. Ex his tres tantum hocce quadrimestri proxime exacto, locum hunc, dignitatemque ac singulare Dei beneficium sunt consecuti; quorum vnus quidem flander, est diaconus; alter uero tyrolensis, venusta facie, corpore-

a *Del. v.* separa *imperf.*

[1] Cf. sis *Lainii Monum.* VI, 231, 233, 235, 353.

[2] P. Hermes Winghenius tornacensis, theologiae professor. Cf. Braunsberger: *B. Petri Canisii Epist.*, III, 151, annot. 5; 191, annot. 3.; 272, annot. 2.

[3] Secundum Braunsberger, l. c. 272, annot. 2, erat is P. Henricus Goch.

[4] De eo Cf. Braunsberger, ibid. 186, annot. 5: 718.

[5] Urbanus Frentzel bohemus. ibid. 718.

[6] Cf. ibid. 225, annot. 7. In catal. coll. viennensis anni 1559 censetur Casparus Textor labacensis, iuvenis 16 annorum. (Cod. *Germ. 131,* f. 216.v).

[7] De Antonio Guis flandro vide *Litt. Quadrim.*, VI, 608.

[8] De itinere P. Eckii multa invenies apud Braunsberger, III, sub v.o Eckius.

[9] P. Petrus Canisius.

[10] De Ogerio Davantiano vide Braunsberger, l. c. 223; Orthero nomen erat Ioannes (Ibid. 225, et Catal. mensis Oct. 1561, de quo paulo inferius).

que ornato; tertius viennensis, non indocti [*sic*]. Hic autem matrem, honestam matronam viennensem, multis atque assiduis pretibus [*sic*] exorauit, ut a parente imprimis, deinde vero a nobis rogatu suo impetraret, ne tantum eius tamque assiduum seruiendi Deo Opti. in Societate desiderium, uel a parente impediretur, uel a Rectore nostro, quem putabat se offendisse, a quo alioquin, ut filius, ille amabatur in Domino, retardaretur. Obtinuit matrona illa pia, quod suo ipsius, ac filij nomine, christiano affectu petebat. Adolescens vero Gabriel dictus, ut nomen, ita quoque animi puritatem speciemque angeli cuiusdam Dei immortalis ac Opti. Max. refert [1].

5. Fuerunt interea temporis plures qui non dissimili religione affectuque permoti, maioribus nostris suam hanc ipsorum animi sententiam notam esse voluerunt, ac, adhibitis etiam intercessoribus, numero nostrorum asscribi apud eos studiose contenderunt. Verum, qu[od] hoc tempore certas ob causas non sunt assecuti, id ipsum commodiori, Deo fauente, maiorique haud dubie cum fructu ac animi solatio assequentur.

6. Egit praeterea circa hoc tempus idem serio, cum rectore nostro (quem summo quodam affectu in Hungariam abeuntem est prosecutus, ac redeuntem amplexus) [2] vir quidam primarius, natione hyspanus, etate satis maturus, doctrina, prudentia, atque authoritate ad res magnas expediendas aptus, germani idiomatis peritus, et, quod ante omnia est commendatione dignum, insigni certe pietate atque religione, iam ab ineunte etate educatus exercitusque; serio inquam agit de abrumpendis huius mundi nequam tricis, atque pedicis, quibus grauissime impediebatur, quo minus totum sese statim Societati Ihu. traderet, eiusque fidei committeret gubernandum.

7. Eo autem proximis hisce diebus hac in re ventum est, vt quesita ac inuenta videantur media accommodatissima [a], quibus et negotia illa grauia admodum quae virum hunc pium quodammodo dilacerant, queque eius sunt generis, vt, citra con-

---

a *Del.* eo modo (?).

---

[1] In catal. coll. viennensis mensis Octobris 1561, in catal. ineuntis anni 1562 et in catal. mensis maii 1563 invenitur Gabriel Hartman, qui anno 1565 est in collegio pragensi (Cod. *Germ. 131*, ff. 241, 268 v; *Bohem. 89*, f. 12). Exstant etiam eius responsa ad interrogationes Patris Nadal. [II, 334].

[2] P. Victoria in Hungariam ad synodum tyrnaviensem profectus est. Vide inferius.

scientiae grauamen aliquod deseri posse quibusdam non videantur, citius [a] rectiusque expediantur, et compos tanti voti sanctius efficiatur. Faxit [b] Deus Omnipotens ne interea temporis subortae nebulae aliquae piae huic menti ex sese offundant tenebras.

8. Nomina, studia, officiaque domestica, quibus nostri hic omnes exercentur, vt sunt antea priuatis litteris R. T. P. nota, ita etiam ab alijs cognosci facile poterunt, ex eo indice, quem breui simul cum romano coniungemus, ac typis, ut alias, non sine spirituali solatio, ac fructu, fuit factitatum, committemus. Cuius exemplaria tot numero dabimus, vt harum quadrimestrium copiae correspondeant [1].

9. Inferiores scolae, tametsi aliquot abhinc diebus, ob pestis exortae timorem, fuerint occlusae quatuor (est enim magnus in illis studiosorum numerus), tamen neque praeceptores tempus suum frustra terunt, neque in altioribus classibus cessatum est a consuetis litterarum exercitamentis. Quorum omnium exemplaria [c], pariter atque authorum, qui hic praeleguntur, P. T. R. breui mittemus.

10. Numerus studiosorum et nobilitate et praestantia augetur in dies magis magisque; nec sane germani modo, sed omnium fere nationum huc cateruatim, huc aliquando concurrunt. Ex quibus duo inter alios primae nobilitatis vehementissime a [d] cardinali reuerendissimo Hossio sunt nobis commendati. Quodsi noua auditoria quae caessareae maiestatis sumptibus, hic apud nos exstruuntur, absoluta breui, ut speramus, fuerint; si ex Vrbe copia nobis fiet gratis eos promouendi, qui in hoc nostro gymnasio et litteris operam strenue dederint, et doctrina pariter

---

a cicius *ms.* — b Facsit *ms.* — c *Del.* ad — d a *supra vers.*

---

[1] Hunc catalogum invenit, et iterum edidit Bruxellis anno 1892 P. Sommervogel sub titulo: « *Les Jésuites de Rome et de Vienne en* M.D.LXI *d'après un Catalogue rarissime de l'époque* ». Et quidem catalogus romanus, ut in ipso dicitur, refert statum Societatis romanae sub finem mensis Maii 1561; catalogus vero viennensis mense Octobri scriptus videtur cum iam in eo recenseatur P. Hurtadus Pérez, qui die 25 Septembri adhuc Augustae versabatur (BRAUNSBERGER: *B. Petri Canisii Epist.* III, 233) et die 6 Octobris Ingolstadio Viennam versus profectus est (ibid. 246). Recensetur etiam P. Ferdinandus Jaén, qui ex Urbe profectus est exeunte mense Septembri (ibid. 227), et die 18 Octobris adhuc P. Canisius Augusta scribebat: « Nondum de adventu Doc. Jaen cognovimus » (ibid. 263). Ante finem Novembris concinnatus est catalogus, quia illo mense P. Victoria desiit esse collegii viennensis rector (ibid. 313).

ac pietate, facultatum gradibus, ut ornentur, meriti fuerint; ea sane est communis plurium sapientum sententia, ut non dubitent, quin sit vndique magnus huc ad nos, totius etiam nobilitatis futurus concursus [1]; illudque diuino tandem fauore maxime futurum sperem, vt, vel hac sola ratione et solertia illa, qua Societas nostra minima [a], pie in hoc genere officiorum erga studiosam iuuentutem vtitur, multae haereticorum scolae studiosis destituantur, ac prorsus desolatae, ut par est, iaceant; ad quas, proch [*sic*] dolor, non modo uariae farinae homines, sed primarij quoque viri, qui catholici et esse et haberi volunt, non secundos tertiosque filios, sed primogenitos etiam suos vndique, parum circumspecte, nescio quas ob paruulas commoditates, mittunt. Neque vident illi sane, quam sint ex hoc ingentia subsecutura mala. Sunt enim horum principum filij hi, qui olim (ut fert huius saeculi nequam conditio) tametsi deprauatj moribus et fide fuerint [b], ciuitatum tamen, prouintiarum, regionum apicem clauumque tenuerunt [c].

11. Haec mala, quia, quoad fieri poterit, uel sublata omnino, uel maxima saltem ex parte impedita exoptamus, in illud neruos omnes nostros intendimus, ut et collegij huius exercitamenta literaria sint quam optime pijssimeque fieri queat, instituta, et commoditates aliae plurimae studiosis huc confluentibus suppetant habitationum honestarum, librorum atque expensarum. Hanc rem D. Ferdinandi primi, domini nostri ac patroni clementissimi, insignis pietas, zelusque orthodoxae religionis erigendae ac propagandae, non parum promouent. Et sunt sane, Deo laus, eidem a consilijs viri primarij, quibus haec ipsa res, nostrique omnes conatus, et approbati sunt, et cordi. Dicam etiam hic quod ratio ipsa suadet, quodque mirum haereticis videbitur, ac magno animi solacio pij contemplabuntur. Praebet profecto non ita raro, nobis magnam quamdam spem, huius rei perficiendae serenissimus rex Maximilianus, qui ut humanissime nostros excipere solet pro

---

[a] nostra *iter. in ms.* — [b] *Del.* se. — [c] *Obscure exaratum in ms. Videtur script.* tenerñt.

---

[1] Facultatem conferendi academicos gradus suis alumnis Pius IV per Breve « Exponi nobis » die 19 Augusti 1561 datum collegiis Societatis Iesu concessit (Cf. *Institutum Soc. Iesu*, I, 34-37); sed tum ob universitatum invidiam, tum ob professorum defectum, magna prudentia in privilegii usu opus erat; nec viennenses nostri hoc tempore illo privilegio usos esse constat. Cf. BRAUNSBERGER, l. c., III, 144-145; 151; 306; 313-314.

sua clementia, ita quoque petitos ab eo fauores, in causa maxime religionis, nec nobis, nec alijs, quod sciam, viris religiosis denegauit vnquam. Plura hic consulto his omnibus de rebus omittimus, commodiori tempore, et loco eadem fortasse relaturi maiori cum fructu.

12. Contiones nostrorum ad populum frequentissime etiam primarias ciuitatis ecclesias [a], toto hoc tempore habitae fuerunt, tanto omnium applausu, solacio, fructuque, ut certo constet, maiorem plerumque eo fieri concursum, ubi nostri contionantur, quam alio. Hinc est quod solemnioribus festiuitatibus, illisque temporibus quando frequentissimum religionis causa solet esse auditorium, non alio quam huc ad nos ab illis, qui curam templorum gerunt, concurratur obtinendorum e nostris contionatorum ergo. Neque ideo tamen vsitata erga infirmos atque incarceratos nostrae Societatis officia negliguntur. Magnam siquidem haec virtutum exercitamenta, quibus ratione instituti nostri sedulam impendere operam tenentur, populo huic viennensi aedificationem peperisse pro comperto habemus. De contionibus autem M. Gregorij [1] in templo nostro mira sane, Deo sit laus, sparguntur. Quidam enim nuperrime (ut de alijs taceam) doctor nobis amicissimus, ac vir fide dignus, et qui ob fidei catholicae defenssionem multa ab haereticis passus dicitur, has aliorum rectori nostro referebat voces: iuuenem hunc nihil aliud praeter euangelicam doctrinam contionari; mirabili facundia sanctitateque esse praeditum; plurimos ab haereticorum figmentis, ad solidam matris nostrae catholicae Ecclesiae [b] doctrinam, contionibus huius, nobis inscijs esse reuocatos; qua de re ipsimet gloriarentur, quorum aliquos affirmabat idem doctor (si recte memoria teneo) sibi et antea et nunc etiam temporis esse notissimos. Addebat ille quoque animi sui sententiam: totam nimirum Syllesiam haereticorum figmenta pedibus conculcaturam, ac ad sanam mentem redituram, si per annum saltem M. Gregorium Wradislauiae contionari contigeret *[sic]*. Huius contionibus atque alloquio spiritali matronam quandam honestam, quae ab aliquibus [c] energumina credebatur, grauissima quadam, vt multorum est sententia, agitatione melancholiae, fuisse liberatam [d] audiuimus.

---

[a] *Sic. ms., videtur tamen dicendum...* in primariis ciuitatis ecclesiis. — [b] *Del.* contio *imperf.* — [c] aligijs (?) *ms.* — [d] liberaratam *ms.*

---

[1] Gregorius Rosseffius.

13. Cum Reuerendissimo viennensi [1] non vacaret, ut antea saepe, coram S. C. M. contionari, iussit caesarea ipsius maiestas, quantum intelleximus, vt hinc aliquem acciperet e nostris, quem suo substitueret loco. Is vero fuit idem M. Gregorius.

14. Diebus quidem veneris mane in scolis nostris a M. Cornelio pro more latine, ab alijs germanice, dominicis vero, in templo nostro a Patre Pyringer doctrina christiana [a] frequentiori solito auditorio, et fructu vberiori, explicatur. Doctor etiam Christianus [2], contionibus suis gratus populo, frequenter diebus festis in scolis nostris, nonnulla e suggestu de festiuitatibus ipsis, deque virtutibus christianis auditoribus nostris proponit, auditu, factuque digna. Itali quoque, rudiores maxime, exhortationibus atque colloquijs spiritualibus non raro iuuantur a nostris.

15. Haec itaque atque alia pietatis officia, dum, pro more Societatis, a nostris solerter geruntur, magni, dubio procul, atque copiosi in hor[r]eum Domini segetum manipuli colliguntur; cuius rei vt multa alia sunt indicia, illud non ita incertum est, quod quam plurimi ad templum nostrum puro confessionis, contritionis, satisfactionisque sacramento, diuino beneplacito instituto, conscientias exoneraturi suas, pectusque inde christianum, ac varijs repurgatum vitijs, domum reportaturi [b] recurrunt; quorum ita copiosus est numerus, vt, etiamsi plures sacerdotes germani adessent, multi tamen a nobis, vt modo fit, parum solati cogerentur alio se conferre. Nunquam interim desunt, qui dominicis festisque diebus, post puram integramque suorum peccatorum exomologesin, sacra synaxi, proprias quidem sacramentaliter, nostrorum vero atque aliorum, qui spectatores sese exhibent, spiritaliter refocillent animas. Admirantur plurimi nouam hanc methamorphosin; quidam excitantur etiam tanto virtutis exemplo; alij, peractis sacris, quibus numerosus omnis conditionis atque status populus, summa attentione, summaque reuerentia interesse solet, ea, quae in templo nostro, quasi in abscondito, viderunt atque audiuerunt, vbique supra tecta praedicant, Societatemque hanc minimam nostram, eiusque exercitia christiano affectu, laudibus ad coelum usque prouehunt.

16. Est matrona quedam inter alias viennenses honesta, quae, dum afflictaretur magnis anxietatibus, nullibi extra templum

---

a christiano *ms.* — b *Prius* repurgaturi.

---

[1] Antonius Brus a Muglitz.
[2] P. Christianus Rivius.

nostrum (est enim ornatissimum) se posse inuenire solacium, in tantis suis malis, affirmare non verebatur. Paradisi loco templum nostrum habet, seseque ab angelis vocari cogitat, cum signo campanae sacris interesse admonetur. Verum ne leue hoc videatur, quasi a foemineo sexu productum; sunt primarij etiam viri, qui coram Caesare nostro, ut videor a quodam singulari nostro patrono audiuisse, ac alijs, affirmare non dubitant, nos hoc tempore solos quasi e liminio huc diuinum cultum reuocasse. Quos nisi Deus Opt. Max. solicitudine et pietate inclyti nostri Ferdinandi ex Italia huc adduxisset, actum [a], aiunt, iam de christiana pietate, cultuque diuino apud nos fuisset, et loco Christi non iam haereses, sed impium atheismum, nedum barbarismum passim haberemus.

17. Fuit item matrona alia honestissima, quae eadem pietate et affectu permota, insigne holosericum beatissimae Virginis altari consecrauit antipendium. Quae omnia eo complures permouent, ut diebus fere singulis, quisque pro ratione facultatis pijque affectus, pulchro aliquo munusculo templum nostrum exornent.

18. Miles quidam turcica tyrannide liberatus, cum de peccatis confiteretur, uideretque tantam rerum in melius mutationem, ita fuit prae nimio gaudio in lachrymas resolutus, vt neque proprijs conatibus, neque confessarij monitis, diu sese ab illis cohibere potuerit.

19. Nuperrime quoque factum audiui: duos ita pure fuisse cuidam e nostris confessos, tantaque religione, ut facta debita erroris abiuratione, ab illo, hylari animo, ad fidei christianae indubitatam veritatem redierint.

20. Communicantium vero numerus, eorumque affectus pietatis multo sane uberior, hoc tempore uidetur, quam anteahac vnquam. Est tamen flagellum quoddam Domini (sic enim sentio) quod ita misere germanis sacerdotibus hic destituamur, ut non raro poenitentibus ipsis fateri inuiti cogamur, nos non habere sacerdotum germanorum tantam copiam qui pijs eorum votis facere possint satis. Consolatur interim illud animos nostros, quod solemnioribus maxime festiuitatibus, tantus apparet feruor charitatis in illis, qui ad mensam accedunt dominicam, vt quod ipse proprijs oculis, non sine gaudio conspexi, non desint ex [b] astantibus, qui stupere propemodum, prae admiratione tantae pietatis videantur.

---

[a] *Del.* agere. — [b] ex *supra vers.*

21. Institutae fuerunt rogationes in templo nostro feria secunda vniuscuiusque hebdomadae mane suasu Rdissimi. Cardinalis Hosij pro foelici auspicio atque progressu generalis concilij, proque conseruatione totius Ecclesiae catholicae, ac eorum reductione ad matrem nostram, qui misere a Christo eiusque fide ad sathan ac impia illius dogmata defecerunt. Exaudiat diuina bonitas preces humilium pro re tanta suorum.

22. Decantantur more solito letaniae, intra ecclesiae ambitum, ab adolescentibus noui collegij, quos quidam e nostris iuuant atque dirigunt. Interfuit illis ipsemet Card.[lis] R.[mus], quandiu hic fuit, summae cuiusdam religionis ergo, curauitque, vt alij etiam praelati interessent. Ea vero fuit huius nostri officij pietas, opinio, atque sententia praememorati R.[mi] Card.[lis], vt publice diceret: Ecce quamprimum uos laetaniam coepistis, concilij oecumenij causa, decantare, omnia coeperunt recto ordine procedere; suntque vbertim nobis vndique optima allata noua. Tanta uero pietate Societatem nostram, nosque omnes praesul hic optimus prosequitur, ut hin[c] Tridentum discedere non prius uoluerit, quam collegium nostrum inuiseret, seseque, et causam religionis precibus nostris commendaret.

23. Excitati praeterea rogationibus istis quantum datur colligi, fuerunt non pauci viennenses, qui forte plus aequo dormierant. Cantabantur antea laetaniae diebus quidem dominicis et festis, post vesperas; sabbatinis vero atque sanctorum vigilijs ante nocturnam salutationem angelicam, eamdem ob causam praecipue, quod etiam num non sine augmento feruoris christiani populi obseruatur. Sed tamen visum hoc tempore fuit R.[mo] superius dicto legato, ac R. P. prouinciali, qui tunc forte pro more uisitaturus collegium hoc nostrum aderat, vt die lunae post rem sacram, quam studiosi omnes nostri collegij de more quottidie [audiunt] [a], hoc idem ad destinatum aliquod tempus fiere[t]. Quamobrem, donec aliud nobis ab eodem P. prouinciali significetur, sanctum hoc institutum mordicus retinemus.

24. Hoc eodem tempore totum collegium viennense coepit inter priuatos parietes, circa noctis horam octauam, disciplinis, vt uocant, corpus macerare, ac laetanijs eandem ob causam potissimum, religione ac syncero affectu diuinum auxilium, per merita et intercessionem sanctorum, implorare, id quod laboriosius in hoc genere pietatis uidetur, in singulos collegas nostros

---

a *Hoc aut simile verbum desideratur in ms.*

ex aequo distribuendo. Perstamus, Deo laus, ea in re alacri animo; nec est sane vllus, quod sciam, qui non libenter tempus a R. P. T. nobis hac in re praescriptum in longius adhuc protrahi pateretur, si id ita fieri necessitas aliqua casu exigeret. Sequuntur vestigia nostra hac in parte, a longe quidem, et collegiati noui collegij et conuictores; tyrones vero nostri propius.

25. Consulto desyderia quorundam erga meditationes nostras, quibus a nobis exerceri [a] petebant, silentio nunc temporis inuoluuntur.

26. Composita pace inter duas honestas matronas, quae graui dissidio aliquandiu inuicem exarserant, id sumus consequuti gratia diuina, ut octauo quoque die iam pure de peccatis confiteantur, ac ad sacram mensam Domini accedentes roborentur.

27. Inciderant primates quidam in periculosissimam quandam animorum contentionem, odio quodam plenam atque liuore, et que longo tempore pluribusque occasionibus, eas iecerat radices, ut desperatum esset fere de eorum recontiliatione [*sic*]. Et videbantur siquidem graues satis intercedere causae, cur apud sapientes hocce, de re, esset iudicium. Placuit tamen maiestati diuinae, ut quidam e nostris vtriusque motus animae facili negotio temperaret, ac ad optatam concordiam reduceret.

28. Carceres more solito ac xenodochia uisuntur a nostris, pluribusque modis iuuantur. Quamobrem ut sunt oppido quam grata omnibus nostrorum istehaec [*sic*] officia, ita in eam quoque spem uenerunt afflictatim illi miseri, ut, tametsi ab omnibus destituerentur, non dubitent tamen, quin maximis in suis calamitatibus sint apud nostros alteram refugij petram habituri. Quod ubi tentatum est ab illis facile, non esse cur dubitent in huiuscemodi auxilijs spem quamdam esse collocandam, tum quod propensionem animi nostrorum ad pia haec exercitamenta omnes nouerunt, tum maxime, quod neminem lateat, quam sint primatibus omnibus secularibus, ecclesiasticis atque adeo Caesari domino nostro clementissimo, regi reginaeque Bohemiae serenissimis grati. Hinc nuper, antequam rector noster in Hungariam descenderet, factum est, ut uir quidam, cuius uxor ob graue quoddam delictum aquis erat suffocanda, cum a primarijs quibusque in hac aula uiris, quos plurimum sollicitauerat, id quod consequi cupiebat, minime obtinuisset; huc tanquam ad sacram, ut dici solet, anchoram concursum fecerat, adductis

---

a exercere *ms.*

hispanis quibusdam, quos gratos eidem Rectori putabat. Cum autem Rector nimis tarde hoc a nostris auxilium petitum intellexisset, id tamen efficere nitebatur, quod et factum est, ut supplicij, ac latae sententiae exsequutio aliquot diebus differreretur *[sic]*; donec uerbo tenus, aut scripto aliquo clementissimo Caesari animi sui afflictionem uir ille, desolationem filiorum coeteraque incommoda plene exponet.

29. Aegrotis ut opem ferrent per ciuitatem nostri frequenter his quatuor mensibus uocati fuere. Quod ut religiose, ita quoque cum multorum aedificatione ac solatio nostro fieri solet.

30. Est vir quidam Viennae cum honesta sua coniuge pietati deditus. Is frequenter melancholia quadam, aut nescio qua alia infirmitate, cunctaque suppellectili ad desperationem usque fere laborare solet. Verum tanta est eius pietas, tantusque erga Societatem affectus, ut vel sola praesentia nostrorum atque alloquio labore hoc molestissimo e vestigio liberetur.

31. Curatum est etiam ut vel mala quaedam grauiora, quibus passim Germania tota miserrime diuexatur, ex integro tollerentur, uel ijs modus aliquis adhiberetur, ne (ut maxime id antiquus hostis, pro scelestissima illa sua qua in genus humanum fertur inuidia, conetur) tam multi imprudentes opprimantur. Qua in re, quamuis non est forte optatis piorum semper pleneque effectum satis, non est tamen certe, Deo laus, frustra laboratum. Nam non ita libere aperteue, aut haereses sparguntur, aut grauiora mala perficiuntur. Imo uero acrius solito delinquentes qu[a]eruntur, et grauius puniuntur. Qui si serio conuertantur ad frugem meliorem, non admodum difficilem ad consequutionem veniae inueniunt aditum [a].

32. His itaque atque alijs huius generis officijs, quae nostrum a nobis institutum iure suo exigit, ita collegium hoc nostrum oppinionem illam ac spem, quam semel de se concitauit, tuetur; ac authoritatem, gratiamque apud omnes cuiusuis nationis ac status homines in dies sibi, ac Societati minimae nostrae potius, maiorem, diuina ope, comparet. Hoc autem in magnum Dei honorem maiusque proximorum commodum cadere, facile hinc euadet manifestum. Nam non modo austriaci omnes, sed bauari, bohemi, poloni, hungari, hylyrici, flandri, galli, etiam itali, hyspani quoque, atque slaui, atque croatae, mediocris altiorisque conditionis homines, filios amantissimos suos fidei nostrorum

---

a additum *ms.*

litteris ac pietate erudiendos committunt. Tot siquidem, tamque diuersarum nationum studiosi, in hoc nostro collegio inueniuntur. In magnis uero religionis negotijs componendis ac perficiendis, nostrorum opera in primis, magni etiam viri nonnunquam hoc tempore usi sunt Viennae; nonnunquam etiam omnem operam adhibuerunt, ut hinc alio secum, harum rerum expediendarum iam [a], aliquem e collegio abducerent. Et quo facilius id assequantur (non enim ita ociose panem suum viennenses nostri, Deo laus, comedunt, ut facile hinc alio, grauissimas etiam ob causas, proficisci queant), collegia Societati nostrae erigunt, aut de erigendis certe pluribus uerbis cum Rectore nostro ex animo agunt. Ac ne generaliter admodum hoc dictum uideatur, vnum atque alterum exemplum huc adferam.

33. R.mus archiepiscopus st[r]ygoniensis [1], summus cancellarius, ac a secretis regni Hungariae primarius apud Caesarem Ferdinandum primum, cum praeterito anno dioecesanam praesbyterorum tantum synodum Tyrnauiae indixisset, ac quemdam ex nostris iussu Caesaris hinc eo secum duxisset, ad cuius sententiam omnia sua consilia, et maiora synodi negotia (ut antea P. T. R. fuit plene scriptum) [2] efinxit, egit postea serio de tyrnauiensi erigendo collegio; quod Christi gratia, fabrica materiali excepta (quae tamen foeliciter iam, Deo laus, coepit exurgere) effectui est demandatum.

34. Hoc uero anno, cum pari ratione idem tentasset, ac apud Caesarem ursisset, descendit iterum quidam ex nostris ad repetitam synodum tyrnauiensem, ut R. T. P. Patrique prouinciali placuerat, vbi, praeter alia multa, quae, Christo laus, praeclare fuerunt instituta, atque expedita, illud tandem, quod videtur maximum, post frequentes anni praeteriti, atque huius, Patris illius, ad clerum latinas exhortationes; post priuata colloquia plura, post alia non pauca ad id eiusdem, atque aliorum consilio a R.mo accommodata media adhibita, sumus consequuti, ut omnes illius dioecesis, vno excepto, qui publice quidem, sed verbo tenus tantum, fuit depositus, ad catholicam fidem sacerdotes curate redierunt *[sic]*; qui, abiuratis haeresibus, constantiae et abdicandarum, intra certum spatium temporis, concubi-

a *Sic. ms. Fortasse prius scriptum erat* causa.

1 Nicolaus Olahus.

2 Cf. *Litt. Quadrim.* VI, 760-762. Hoc anno idem P. Victoria ad synodum tyrnaviensem est missus.

narum, quas pro vxoribus, putido ac nephario Luteri dogmate, habebant, graui praestito iuramento, flexis genibus, maximo cum astantium gaudio, absolutionem ab excomunicatione et censuris ab ipso episcopo quidam, alij vero ab eius suffraganeo susceperunt.

35. Hunc tam uberem fructum, nos quidem imprimis praememorati R.mi insigni pietati ac solicitudinj potius, quam ullis alijs tribuimus. Lachrymis enim uiuis, altis suspirijs e christiano pectore ductis, omnes eo, quo diuina opitulante gratia deducti sunt, reducere contendebat. Ille uero contra, hoc ipsum facilitatis genus, propria aliorumque sententia, Societati huic minim[a]e defert. Quo fit, ut de quodam alio Nouisolij [1] instruendo collegio, deque prioris augmento, cum nostris non semel egerit; quod nulla ratione speret, se posse archiepiscopatuj suo prouidere melius, neque haereticos ad Christi fidem reducere citius, ac facilius, quam si in illis locis maxime collegia Societatis erigantur, vbi liberius ac periculosius uires suas auernicas exerunt illi, qui ciuitates, quas montanas uocant, quod in montibus sitae sint, quasque modis omnibus euertere nituntur, incolunt.

36. R.mus quoque transyluaniensis [2], episcopatu expulsus, modo nitriensis administrator, cum saepe alias opera nostrorum sit usus, tum maxime hoc tempore voluit, ac modis omnibus contendit, ut uel soli nostri ecclesiae nitriensi adessent, quando adfuturi erant aduocati sacerdotes totius illius dioeceseos, inter quos uenturus dicebatur pessimus quidam trinchiniensis parochus, reliquorum haereticorum quasi dux et antesignanus, nescio qua demonis audatia sperans, fore, ut uel solus, uir aliquando, ut audiuimus, parum doctus, catholicos omnes reuinceret. Egit itaque cum Rectore nostro per litteras instanter pius ille pater, ut uel ipse solus, uel cum sotio quouis alio, stato tempore ad se descenderet; uel certe quempiam alium ex nostris eo, nomine suo, si nulla ratione id ipse praestare posset, mitteret synodo adfuturum. Literae uero tanta erant pietate refertae, ijsque uerbis concinnatae, ut, uel lapideum cor ad fletum mouere potuissent. Declarabat abunde satis antiquae pietatis atque maturitatis praesul ille, quantum spei in hoc officiorum Societatis genere collocasset; ac ea pariter Rectori nostro tribuebat, quae sibi ipse arrogare uix vnquam fuisset ausus. Negauit se, quod

---

[1] Novisolii (Neosolii, Neusohl) anno 1661 tandem collegium Soc. Iesu erectum est. Cf. Pachtler: *Ratio Studiorum*, III, p. XV.

[2] Paulus Abstemius.

petebatur, praestare posse Rector, hoc videlicet negotiorum genus, non tam suarum partium, quam prouincialis esse affirmans. Ille vero contra, negotium per imperatorem vrgere: tandem, misso, iam secundo, abbate quodam, qui nomine episcoporum Hungariae electorum preterito anno ad sanctis.m dominum nostrum Pium quartum missus fuerat, id a R.do P. Prouinciali, qui tunc forte collegium nostrum visitaturus aderat, obtinuit, ut Rector eo, stato tempore, se conferret. Verum ut sunt res huius vitae inconstantes, negotium synodi longe aliter, quam credebatur, cecidit. Nam cum pijs optatis tanti episcopi, et obedientiae (non tamen citra aliquod huius collegij incommodum) facere satis ille voluisset, commodo tempore hinc profectus, synodi desyderatissimae ac pernecessariae uestigium inuenit nullum. Erat enim nescio quas ob causas, magno sane incommodo, magnoque episcopi dolore in aliud tempus celebratio illius reiecta. Placuit interim diuinae maiestati ne Rector frustra illud itineris perficeret. Nam praeterquam quod illic collegij tyrnauiensis aedificium mediocriter promouit, in tanta mentis desolatione R.m prememoratum episcopum, tam diuexatum, tamque secum varia agitantem, ac nescio quae meditantem inuenit, quod uel hanc solam ob causam, iter multo longius emetiri, ac labores multo grauiores merito subire debuisset. Recreatus itaque maxime aduentu Patris R.mus ille in primis fuit; deinde suam totam animam quamprimum in Patris pectus ultro effudit; postremo eius consilijs, ac sententiae, absque vlla detrectatione, uir grauis acquieuit; nec latum sane, quod aiunt, unguem ab eiusdem Patris decretis ad hunc usque diem discessit in conficiendis negotijs illis, quorum consideratione atque grauitate vehementer angebatur, et quae longe alia ratione, ac ea quidem periculosissima certe pertractare, eodem plane die, quo Rector noster eo appulerat, secum statuerat. Negotia uero illa, Deo sit laus et honor, consilio, authoritate, qua non parum apud multos ualet, et opera dicti Rectoris feliciter sunt confecta. Tanto praeterea pietatis affectu Societatem hanc minimam nostram episcopus hic uere pius prosequitur, ut non aliam ob causam magis, regressum in Transyluaniam optare uideatur, quam ut munificentissimum quoddam illic nostrae Societatis collegium statim erigat. Quodsi nitriensis episcopatus hoc idem ferre posset, de nulla re prius cogitaret, quam ut vnam coloniam ex Vrbe Societatis nostrae obtinere contenderet. Interim uero summi cuiusdam beneficij loco reputaret, si precibus a R. T. P. alicuius e

nostris familiaritatem, quocum de rebus animae suae conferre libere possit, frequenter consequeretur.

37. His itaque exemplis, ne leuioribus recensendis aequo simus prolixiores, abunde satis quantum suspicor, constat, R.[de] admodum in Chro. P., quanta cum exaltatione nominis IESV ac proximorum fructu collegium hoc opinionem spemque de se concitatam tueatur, et authoritatem maiorem, vberiorem gratiam, non tam sibi, quam Societati, comparare studeat.

38. Dicam hic etiam quod fere fueram oblitus, initio huius quadrimestris relictos a Patre Rectore fuisse Tyrnauiae D. Seydll ac Anthonium Flandrum, ut mittendis circa finem Octobris proximi, non tam pararent locum, quam paratum disponerent. Postea uero missum fuisse Palmam, qui illic ageret cocum. Qua ex re illud, diuina gratia, effectum est, ut totus populus tyrnauiensis magno nostrorum teneatur desyderio. Mirum est dictu quanta sit nobis apud populum illum, eiusque vicinos conciliata gratia, quantaque authoritas comparata; partim doctor[is] Seydel gratissimis toti ciuitati contionibus, partim modestia, aliarumque virtutum insignijs, quae in nostris relucent; partim Antonij lectionibus; maxime uero, rebus illis, quae uel in hoc geruntur collegio, quas notas habent uiri illi boni, uel de eodem, deque tota Societate passim sparguntur, ut facile hinc sit sperare breui magnam illius populi ad optimam mentem atque frugem conuersionem. Haec sint satis de pijs nostrorum officijs ac de fructu, quem inde ad proximos emanasse nouimus. Iam vero pauca alterius generis, pietatis tamen monumenta, adijciemus.

39. Sub ipsis quadrimestris huius initijs, non tam impetrati sunt, quam ultro fere a M.[te] caesarea nobis oblati, floreni octingenti rhenenses, quibus hoc anno viennense collegium iuuaretur. Hanc eandem summam octingentorum, ut minimum, florenorum, annue nobis adiunctum iri, ad mille ducentos, quos annis singulis ipsius caesarea M.[tas] antea huic donauerat collegio, vehementer suspicamur. His omnibus floreni item rhenenses mille additi sunt, quibus fabrica nostri collegij, praeterito anno incepta, sumere incrementum [possit] [a]. Verum his de rebus scriptum antea R. P. T. fuisse suspicor.

40. Collegij item tyrnauiensis fabricae R.[mus] strygoniensis, nostrorum suasu poecuniarum imprimis opem huic tulit; deinde literae Caesaris ad strygoniense capitulum, et tyrnauiensem se-

---

[a] *Hoc aut simile verbum desiderari videtur.*

natum, per Rectorem nostrum sunt in Hungariam missae. His, (ut de alijs ad principes quosdam illius regni, eandem ob causam, missis nihil interim dicam) et affectu singulari, quo nostros tum capitulum, quam senatus prosequuntur, permoti, citra moram soluta fuit ex integro domus collegio empta. Translati quoque nostri ad eandem, bonorum auxilijs, eodem die fuerunt. Quam laetanijs, disciplinis, atque re sacra tunc primum dedicauerunt Deo. Eorundem opera patronorum atque amicorum empti statim lateres, non pauci simul cum calce domum aduehebantur. Muri autem veteres non modo tunc temporis deiciebantur, sed per primarium Caesaris architectum, qui eo, iussu eiusdem, ad hoc fuit missus, futuri collegij designati (cuius exemplar breui T. R. P. mittemus) fundamenta, ex altero domus ueteris latere aperiebantur. Promissiones uero magnae a ciuibus factae, atque ex parte praestitae sunt. Quae si ex integro reddantur, ut speramus, decimam, imo uero, ut quidam aiunt, quartam expensarum partem totius aedificij facile excedent. Ad haec ursit idem Rector hoc institutum ulterius, non modo apud capitulum, sed apud alios quoque non absque fructu. Haec, trium spatio fere hebdomadarum, quibus nuper in Hungaria ille egit, Chro. Ihu. bene propitio, expediebantur. Neque enim prius illinc huc regredi ad nos uoluit, quam haec ipsa, quae modo retulimus, cum illis, que ad spiritualem fabricam, internamque collegij constitutionem spectant, conficerentur. Qua re cognita plures aedificati simul atque eorum animi excitati ad maiora uisi sunt. Quod cum, praeter mentem, scitumque Rectoris, ad legati apostolici aures, ac aliorum episcoporum peruenisset; primo quidem maioris hominem facere coeperunt; deinde uero Posonij cum huc reuerteretur, singulari humanitate apud R.^{m} Dnum. Quinque ecclesiensem [1] ab ijsdem fuit ad coenam uocatus atque exceptus, non citra quandam eiusdem animi desolationem; eam maxime ob causam, quod frequenter de rebus ipsius in eadem mensa, coram pluribus ignotis (quibus propter semetipsum incognitus fuisset libentius) honorificus nimium sermo institutus esset. Itaque nocte illa, qua hinc Posonium, recreationis ergo, R.^{mus} apostolicus nuntius se contulerat, quoque Rector ipse illinc huc erat profecturus, ui quasi Posonij detentus fuit. Sequenti uero die mane, peracta ab eodem re sacra, difficulter abeundi copiam consequutus, Viennam se contulit, constitutis, ut melius fieri potuit, rebus Tyrnauiae.

---

[1] Georgius Draskowich.

41. Experti praeterea sunt pragenses nostrorum auxilium viennensium caesareamque liberalitatem his quatuor mensibus. Nam primo quidem octingenti daleri ad fabricam illius collegij; deinde uero trecenti annui, donec fundatio eiusdem plene fiat, et res oibienenses expediantur (quarum ad rectam dispositionem, seu commutationem, aut locationem ad emphyteosym, et missionem comissariorum, qui bona taxarent vniuersa, non parum est hoc tempore hic laboratum) a M.[te] ipsius caesarea tuto loco fuerunt assignati, ac, ut intelligimus, commodo tempore illis redditi.

42. Dedit praeterea M.[tas] ipsius caesarea clementissime ad reginam Galliae literas, Ferdinandi primi erga hanc nostram minimam Societatem uera pietate, ac officijs, plusquam paternis, plenas, quibus res Societatis in Gallia ex animo reginae commendabat [1]. Qua de re [ad] alios quoque regni illius proceres libentissime pariter atque clementissime scripsisset, nisi grauis quaedam causa, quam hic referre minime licet [a], intercessisset. Expeditae quoque fuerunt sub finem Iunij eiusdem caesareae M.[tis] literae, quibus archiepiscopo treui[r]ensi collegium illic Societati creatum uehementer commendabatur.

43. Consequuti praeterea sumus eadem Caesaris libertate [b] atque clementia sectionem centum mensurarum lignorum annue in proxima sylua; consequuturi non modo plura, si sint opus, ut reuera erunt, sed integram quoque syluam aliquam, si modo illa non admodum abhinc longe, atque ad fluminis ripam inueniri queat.

44. Concessit quoque ciuitas viennensis ampliorem locum, ubi et hortus honestus satis recreationis pernecessarius nostrorum, fieri, et domus debilibus atque conualescentibus apta aedificari poterit. Huius constructionem, (quam caesarea liberalitate perficiemus spero) ob lignorum poenuriam accommodatorum, M.[tas] ipsius caesarea in proximum ver censuit esse reijciendam.

45. Sub idem fere tempus, prouinciali huius collegij absoluta visitatione, M. Carolus Grim, tyrolensis, trium quidem votorum solemnem, Saluator uero subminister, Gratianus, atque Ramus [2],

---

[a] *Aut* libet; *ms.* lt. — [b] *Sic ms. pro* liberalitate, *ut videtur.*

---

[1] Vide p. 489.

[2] Hi vota voverunt die 2 Iulii. In catalogo de quo supra, Salvator sine cognomine ponitur. In catal. anni 1559 (Cod. *Germ. 131*, f. 210v et 236) dicitur S. de Vagune; in cod. vero *Austr. 122*, f. 2v dicitur Guilielmus Salvator Bascos hispanus. Ramos autem nomen erat Iacobus. Erat etiam hispanus.

coadiutorum, quos formatos vocamus, temporalium professionem, R.do Patri [*sic*] prouinciali rem sacram celebrante, pro more ac instituto Societatis fecerunt, non absque uberi spiritus, religionis, atque pietatis incremento. M. autem Cornelius, iam diu Romae, quatuor votorum professione [a], in Societatem professam cooptatus [1], eodem die in templo nostro, cum alijs quatuor praememoratis, vota, fieri solita ab ipsis professis, simplicia emisit.

46. Egit R.dus Pr. prouincialis eo tempore nobiscum quindecim, aut amplius, diebus, nosque omnes officijs humilioribus, se[r]uiendo mensis, ac exhortationibus tum communibus tum priuatis, ut ad honestissimarum virtutum perfectionisque apicem, quod nostrum a nobis institutum iure optimo exigit, contenderemus impellere nisus est. Fuit pergratus eius aduentus Caesari imprimis, ac alijs deinde primariae conditionis hominibus.

47. Dedit illi M.tas ipsius caesarea tunc temporis negotium quoddam literarium, ut laboriosum, ita, quemadmodum speramus, non inutile futurum; cui, antequam hinc discederet, finem imposuit. Suscepit illud imperator grato animo post discessum P. Prouincialis, ac uicissim librum cuiusdam quasi haeresiarchae nostrorum censurae subiecit.

48. Caeterum, cum adhuc nobiscum R. P. Prouincialis ageret, quendam sacerdotem anabaptistam apud R.mum Hosium, tunc apostolicum nuntium, consilio iuuit, atque fauore, ut ad catholicam fidem rediret. Is, cum deposita sacerdotis dignitate, lanificium apud illos aliquandiu, maiori credo studio uirtutis (non tamen secundum scientiam) quam impij illi ferre poterant, exercuisset, resipuit tandem diuina gratia ille; atque fucos, imposturas, impietatemque anabaptistarum aperte satis agnoscens, capta, aut potius oblata a Deo occasione, quas diutius quam debuisset traxerat, moras disoluit, atque ad nos confugit. Confessus est, ut uirum christianum decet, de peccatis in collegio nostro ac abiurata haeresi, humillime sumpta a R.mo praememorato Hosio imposita poenitentia, in gratiam redijt Seruatoris, rigore canonum prudenter temperato. Aegerrimo animo tulerunt illi quod italo cuidam catholico ad mortem decumbenti opem

---

a professionem *ms.*

---

[1] P. Cornelius Broghelman sollemnem quatuor votorum professionem emiserat Romae die 10 Februarii 1556.

tulisset. Scilicet: haec illorum est erga Deum et proximum insignis pietas, quae ad praeuaricationem, ac defectionem ab illis ad Chrum., bonum hunc sacerdotem coegit. Seruit iam pauperibus in xenodochio.

49. Circa idem tempus vir quidam Deo dicatus, pietate, doctrina authoritateque inter morauos facile princeps, ac insignis, ut ferunt, seraphici instituti contionator, cum semel atque iterum huc ad collegium nostrum diuersa opuscula, tam latina quam germanica, a se composita transmisisset, non acquieuit prius, quam eadem, quae nostrorum limae humilime submiserat, castigata reciperet.

50. Contulit eodem tempore maturus pariter ac pius, ecclesiastici ordinis, doctus quidam uir de animi sui anxietatibus, deque conscientiae timoratae scrupulis cum nostris non abque fructu.

51. Haec sunt, R. admodum in Chro. P., de quibus R. P. T. certiorem hisce literis reddere statuimus, ea, quae minoris uidebantur momenti, prudenter praetermittentes.

52. Extremam his literis imposueram manum cum e nostris quidam mihi retulit, quae, iam commemoratis ut adiungantur, non uidentur indigna.

53. Adeo infrequentes uisi sunt hactenus germani catholici sacerdotes ad sacramentum poenitentiae accurrere, ut quidam non indoctus alioquin (qui ex haereticismo, in quo fuerat natus, atque ab utroque, uel altero certe parente eiusdem farinae diu educatus, ad christianismum, ueritate eum compellente, sese constanter contulit) persuasum multo tempore habuerit, nullum esse catholicorum sacerdotum, qui uel confiteretur, uel ad id faciendum lege teneretur. Attamen effectum est, hoc tempore, Deo laus, exemplo et exhortatione nostrorum, ut maior sit in ipsis sacerdotibus, qui haeresim non sapiunt, erga sanctum hoc sacramentum feruor et reuerentia. Et, ut de alijs taceam, nuper quidam non est arbitratus se fecisse satis Domino, cui omnia uiuunt, ac seruiunt, quod frequenter confiteretur de uenialibus, nisi a confessario suo humiliter impetrasset fieri sibi copiam instituendi peccatorum totius vitae confessionem, ac maxime eorum, de quibus, num esset antea confessus, merito dubitaret. Hoc ubi factum est, contestim (quod alijs, ut est sacramentum poenitentiae saluberrimum, euenire non raro solet) serui illius Dei pietas, atque asseruandae animae puritatis cura solicitudoque uisa est incrementum satis suscepisse magnum.

54. Alij etiam pij poenitentiae obseruatores, absolutionem consequuti sacramentalem, confessarium vltro adierunt de medijs ad salutem adipiscendam conuenientioribus consulturi. Alij serio de restitutionibus quibusdam perficiendis egerunt. Alij ne, fictili quod portamus oleum spiritus in uasculo, deficeret; ita post susceptam gratiam, nouaeque legis sacramentum, vitam in melius commutarunt, ut mensibus singulis, ac maxime solemnioribus S.[mae] Virginis totius [*sic*] festiuitatibus, idem saluberrimum, ac medendis animae malis optimum, praesentissimumque remedium lubentis.[me] se reposituros affirmauerint; quod eos facere cepisse alacriter, constat.

8. Elaboratum est etiam, vt rusticorum quoque spirituali vtilitati, quoad eius fieri posset, consuleretur. Est pagus huic vrbi vicinus, haud incelebris, eo festis ac dominicis diebus concionator aliquando mittitur, qui populum doctrinam christianam paulatim edoceat. Non admodum gratus primus eius aduentus fuit parocho, qui fortassis suae vel authoritati, vel vtilitati, hac ratione aliquid decessurum putabat. Verum postquam rem omnem penitus cognouit, adeo non inuitus redeuntem postea excepit, vt operam omnem illi suam et offerret, et praestaret vltro, quicquid habebat rusticana casa deferens. Plebecula vsque adeo ibi simplex est, et ab omni vafricie aliena, vt posteaquam concionator illam adhortatur ad implorandum D. Virginis suffragium (quod in exordio concionis fieri assolet), omnes in genua prouoluantur; nec prius sese in pedes erigant, vel standi vel sedendi gratia, donec concioni finem imponat, quae magna ex parte per horam durat. Quibus in locis conciones fieri soleant, audisti; nunc audi, obsecro, quid emolumenti hinc in horreum Domini peruectum sit. Omitto quod non parum multos ad confessionem ac peccatorum poenitentiam pertraxerint; vt nostrorum quodam nuper de poenitentia D. Magdalenae concionante, mulier quaedam suggestu descendenti, multis id mirantibus propter rei nouitatem, confessa est. Taceo quod alij cum alijs in gratiam redierint nostrorum opera. Praetereo libenter quod virgines aliquot ad subeundum religionis iugum a nostris animatae se comparauerint. Ne loquor quidem non paucos vtriusque sexus libellos germanicos, aut sphaerulas horarias sibi, vt ex curiosiore illorum ornatu facile liquebat, charissimos, ad nos com-

burendos detulerint, quia admixta quaedam habere credebantur, quae citra periculum animae legi non possent, ijsque alia similia. Vnius certe audita est confessio, qui eius solius gratia, emenso 7000 passuum germanicorum itinere, ea 25 italica constituent, ad nos uenit. Is cum nunquam in omni anteacta vita synceram confessionem suorum criminum fecisset, atque a multis retro annis in continuo adulterio vixisset, in somnis visus est illi adesse, qui vt Treuiros se conferret admoneret; non defuturos ibi, qui illum iuuare possent. Nec defuit recte monenti. Venit huc, nostros adijt, vbi cum omne Augiae stabulum repurgasset [1], negabat sibi vnquam contigisse, vt tali contritione, aut animi demissione confiteretur. Mulier quoque nostrorum fama excitata, solius confessionis ergo, admodum vicina partui, Treuerim venit, tr'a miliaria germanica pedibus conficiens. Id ipsum huc adferri posset de nobili quadam matrona, quae aliquot passuum milibus extra Treuerim domicilium fouet.

9. Quod vero ad eas spectat confessiones, quae a ciuibus fiunt, non sunt eae quidem admodum infrequentes, multo tamen frequentiores futurae, si certum aliquod templum haberemus; ad quod hactenus sedulo quidem aduigilatum est, non a nostris modo [a], verum et a consulibus [b], et praecipue R.mo D. archiepiscopo, qui hoc ipsum prae coeteris in votis habet. Verum quia pleraque oblata videri poterant nostris rationibus minus futura accommodata, fit vt in longiorem diuturnioremque consultationem vocetur, quod statuendum est semel [c]. Nulla nostrorum aut in xenodochijs decumbentibus, aut carceribus [d] mancipatis deesset opera, si sese offerret occasio; sed et xenodochia et carceres a multis iam mensibus, quod mirum videri queat, hominibus vacui sunt.

10. Coeterum nec illud intactum mihi relinquendum visum est, quod multi tum ex germanis, tum ex vicinis Lotharingiae sacerdotibus, ad nos confluxerint, alij de casibus, quos vocant, conscientiae nostros consulturi, alij totius vitae confessionem patefacturi; nec rari quid ecclesijs suis expediret, petituri; qui

---

[a] *Del.* tamen (?) — [b] *Obscure exar. v. in ms.; sed videtur scriptum* coss. — [c] semel *supra vers.* — [d] *Del.* demandatis.

---

[1] Augias Eliensium vel Epeorum rex bubile dicitur habuisse tria milia boum capiens: quod cum per triginta annos expurgatum non fuisset, foedo tam alti congesti stercoris odore regioni pestilentiam inferebat. Quod Hercules, immisso Alpheo vel Peneo fluvio, purgavit. Cf. Perin: *Onomasticon*, I, 212.

omnes a nobis, vbi sibi quisque factum iudicabat esse satis, dimissi sunt. Atque adeo nuper admodum e luceburgensi ducatu, qui Philippo regi [1] paret, pastor quidam ab abbate S. Martini ad nos deductus est, qui postquam peccata sua detexisset, egit praeterea cum nostris de rebus non minimi momenti, quae ad gregem suae fidei creditum pertinerent. Confectis quae volebat omnibus, ouem paulo post, velut communicati consilij precium, ad nos misit; qua subito remissa (quod pro impertito consilio munera sibi recipienda nostri negarent), supra quam credi posset ingentem animo, vt postea didicimus, admirationem concepit, quod sibi nihil vnquam simile visum fuisse diceret. Prior quidam carthusianorum in finibus Lotharingiae, nostros adiens, per sanguinem et passionem Christi eos obtestatus est, vt illius tractus hominibus auxilium aliquod impertiri vellent.

11. His alijsque rationibus efficitur, vt collegij nostri fama longe lateque spargatur, et nostrae parti fauentium crescat tum beneuolentia, tum numerus; emulos vero, si non omnino amicos, minus certe inimicos habeamus. Neque enim fieri potest, vt in tanta ingeniorum diuersitate omnes omnibus placeamus, hoc maxime in loco vbi nobiles et docti viri non ita multi, imperitorum ac rudis plebeculae multitudo maxima est, quae vt vno verbo, quod res est, complectar, libidine potius, quam vel ratione vel consilio omnia metitur. Cui quidem rei vel hoc argumento esse potest, quod ante tres annos doctorem quendam Gasparum [2] germanum, et nisi fallor, etiam treuerensem, multis iam annis Gebennae ad pedes Caluini edoctum, qui purulentissimum ibi virus hauserat, concionatorem receperint, illum auidissima et confertissima multitudine audierint, qui concionatorem catholicum, iuuente archiepiscopo, sanam doctrinam disseminantem, non admodum frequenti bonorum caterua stipatum, armati in templo atque adeo suggestu aggressi, illinc descendere coegerint, in descendentem impetum fecerint in ipso etiam templo, quod mente conceperant illum occisuri, nisi Deus ex eorum manibus, tanquam e faucibus luporum, diuino ac praesentaneo auxilio eripuisset. Hic se Societati obtulit, quamuis adhuc certas ob causas receptus non sit [3]. Neque sane mirandum est, si tales se erga archiepiscopi ministros exhibuerint, qui ne illi quidem et principi et electori (uide quid faciat vesanus

---

[1] Luxemburgensis ducatus tunc Philippo Hispaniae regi parebat.
[2] Gaspar Olevianus. HANSEN, l. c. 334, 404.
[3] Petrus Fahe, supra nominatus. HANSEN, l. c.

populi furor) pepercerint; sed nullum non concitationis, ac coniurationis genus contra eum moliti sint, velut contra stimulum calcitrantes, quae citra horrorem ne referri quidem possunt. Denique, ne vllum ad incrementum dementiae suae locum sibi reliquum facerent, cum non pauci religionis causa solum natale voluntario exilio permutarint, quod dicerent se quoduis potius pati posse, quam papisticam tyrannidem (hac enim periphrasi [a] summi pontificis potestatem circumloquuntur); remanent nihilo tamen secius in hac vrbe illorum coniuges, liberi, parentes et amici. Quin quod et illi quoque interim clanculum vrbem subintrant, suorumque animos, quoad fieri potest, a synceriore fide abalienare satagunt. Cupit enim lutulenta sus omnes luto infici. Inter has acerbitates cogitet R. V. quanti negotij sit plebem in officio contineri posse, eam praesertim, quae in meditullio haereticorum, velut lilium inter spinas, collocata est. Nam ad quamcunque vicinam partem te voluas, lutheranis et caluinianis plena sunt omnia. Dei tamen fauente clementia Treueris cuncta iam secura videmus; et si qui forte improbiores existant, vt frequenter accidit in cultissimis etiam agris inter triticum lolium nasci; illi suum pus publice euomere non audent, et contra nostros ne hiscere quidem, certo scientes nos a maiore, sanioreque parte populi non probari modo, verum etiam magni fieri. Interim tamen intersunt lectionibus, interdum et disputationibus nostris frendentes dentibus, prae angustiae spiritus gementes [1], et oculis tantum non nostros asseclas deuorantes; praecipue autem sacerdotem quendam Societati addictissimum suggillant, dirisque deuouent, quod treuerensis ipse, treuerensis dioecesis proditor fuerit, quodque se illis ducem praestiterit, qui Societatem nostram in eam introduxissent; sed haec omnia velut fulgur e vitro, et vel eo plures contra se armant, qui tam vmbratili innitantur fundamento.

12. Istud magis dictat quisquis perspexerit quanta beneuolentia, humanitateque abbates, canonici metropolitanae ecclesiae, ac senatus nos prosequatur, quantum nobis faueant optimi quique ciues ac mercatores. Nam de ordinibus mendicantium et virginum Deo dedicatarum, quid attinet aliquid hic commemorare? Cum non obscuris argumentis didicerimus, et

---

[a] *Del.* semper (?).

---

[1] Cf. Sap. V, 3.

discamus adhuc in dies, quam illi citra controuersiam toti nostri sint, quibus nihil gratius accidere potest, quam quod aliqua praebeatur occasio, qua animum erga nos suum declarare possint. Haec non velut audita narramus, sed comperta. *[Preces postulat et valedicit.]*

Treueris 4 [a] Septembris 1561.

R. P. T. indignus in Christo filius.

AEGIDIUS FABER [1].

Desideratur inscriptio.

576

IOANNES BONIFACIO

METHYMNA CAMPI 5 SEPTEMBRIS 1561 [2].

1. *Epistulae ratio. Sociorum census. Occupationes. Scholasticorum concursus augetur.* — **2.** *Caritatis opera. Fideles frequentiores ad sacramenta accedunt, praesertim die festo Assumptionis B. Mariae Virginis.* — **3-4.** *P. Rector etiam in medio foro contionatur, ubi et christiana doctrina cantatur.* — **5.** *Festum SSmi. Corporis Christi sollemnius celebratur.* — **6.** *Sociorum valetudo varia.* — **7.** *Penuria sublevata.* — **8.** *Aedes amplificantur.*

1. ✝ Ihs R.de plurimum in X.o Pax Xpi. etc. *[Epistulae ratio].* Huius collegij incolae quindecim numerantur; quinque sacerdotes, reliqui uero non sacerdotes; qui omnes in spiritu proficere et in virtute progredi cura non modica satagunt; praecipue tamen circa obedientiam et orationem, quam sibi Superior praescribit, strenuos et solicitos se praebent. Non minor est

---

a 4 *supra vers., deleto signo vel. v. quod legi nequit.*

---

[1] Flander brugensis. Societati ascriptus in Sicilia, ubi per annos aliquot vixit (Cf. *Litt. Quadrim.* V, 645). Inde anno 1560, mense Septembri, Treveros missus (*Lainii Monum.* V, 371; *Epist. P. Nadal*, II, 339, annot. 3). Exstant eius responsa ad interrogationes P. Nadal in vol. II, 1.

[2] Ex origin. in cod. *Hisp. 98*, ff. 335, 336; prius 310.

eorum sedulitas, quibus domestica officia sunt credita, tametsi magnus istis impendeat labor; nam pauci cum sint, plurimis negociis occupantur; nulli tamen Dei auxilio fratres desunt. Ex coeteris quidam legendae grammaticae dant operam non sine spectantium gaudio, aedificationeque. Preceptorum laborem fructus ingens consequitur; curant enim ut scholastici (quorum numerus crescit in dies) tum literis, tum uirtute clarescant.

2. Confessionibus audiendis uacant sacerdotes; alijs insimul incumbunt spiritualibus exercitijs, qualia poscit Societas, ad quae ab exteris inuitantur, nempe ut solatio sint in moerore positis, utque moribundis assistant; quibus muneribus nostri funguntur cum maximo (ut reor) proximorum commodo omnium. Saepissime confitentibus adesse sacerdotes nostros necessarium est. Fatentium numerus non ita pridem coepit excrescere in tantum, ut nulla fere dies praetereat, quin qui communicent, et animam expient domi nostrae uideantur. Taceo quod festis diebus, maxime in solennissimis, multi confluant. Uidere fuit in festo Assumptionis beatissimae Virginis nuper elapso, quo domestici Patres confessionem fere centum et quinquaginta audiuerunt.

3. Pater rector, praeter quam quod domum regit, et se gnauiter exercet in ministerijs Patrum coeterorum, concionem habere solitus est, cuius sermones tam in maximo templo, quam in coenobijs et medio foro (solet enim aliquando mensam conscendere et, multitudine congregata uirorum cuiusque conditionis, in celeberrima methymnensi platea contra scelera debachari), Deo placere nulli non iudicant.

4. Praeterea Christi doctrina, uti mos est, canitur dominicis et festis diebus, sed postquam fratres calles perambularunt, deueniunt in plateam ubi super mensam, astantibus paruulis et adultis, deuote doctrinam modulantur.

5. Festum Sanctissimi Corporis Christi celebratum est uno intra octauam die, ritu quidem solennissimo, cui interfuere plurimi, et in his aliquot religiosi et cantores matricis ecclesiae non vocati. Templum et loci per quos processio transijt aulaeis mirificisque tapetijs ornati sunt. Peracta pompa, Pater rector praedicauit optime. Omnia quae his in solennijs acciderunt, uenientibus summe placuerunt. Post meridiem celebritatem eam haberi consilium fuit; quo factum est, ut conuiuij prandijque molestia uitaretur, quae solita est bonam sibi festi huius partem uendicare.

6. Hoc in collegio salus est et valetudo integra, nisi tantum uni qui in lecto cubat et graui morbo detinetur. Hactenus do-

mestici [a] ualuerunt (Christo laus). Breues aegrotatiunculae, maxime Patri rectori, non defuerunt.

7. Temporalium poenuria laboramus, remedio haud desperantes; quidam enim nobis beneuoli nonnullos orarunt ex ciuibus, ut singulis aedomadibus, vel quando uolent, quicquam largirentur; inde multi plus solito erogant. Recipiendi cura uni ex fratribus commissa est; ita fit, ut nullo cum taedio eleemosynae praebeantur. Dominans ille in nobis Deus necessitatibus nostris prouideat quo modo illi melius et rectius seruiamus.

8. Materiale nostrum aedificium longius prouehitur. Iam templi fornices extruuntur; praeter hoc, quae ad domum pertinent fundator [1] inchoat opera. Iacta sunt nuper cuiusdam solarij fundamenta ampli, aegregij, versus hortum tendentis, a loco ubi camerae sunt. Dei oculis utinam isthaec sint grata, in quem finem Deus cuncta dignetur promouere. *[Preces postulat.]*

Methymnae Campi 5 die Septembris 1561.

Commissione P. magistri Joannis Pauli Rectoris.

T. P. seruus indignissimus.

┼ BONIFACIUS ┼ [2].

577

IOSEPHUS FABRITIUS

NEAPOLI 6 SEPTEMBRIS 1561 [3].

1-2. *Domesticae res.* — **3.** *De morte Francisci Granata et Horatii Gentile.* — **4.** *Iuniorum sociorum elogium.* — **5.** *Preces et corporis afflictationes ad obtinenda Ecclesiae bona.*

---

a domesti *ms.*

---

[1] Petrus Cuadrado.

[2] Natus in oppido San Martín del Castañar, ingressus Societatem Salmanticae anno 1557, aetatis anno 19. Per multos annos humaniores litteras et rhetoricam magno cum fructu docuit. Obiit in oppido Villagarcía de Campos anno 1606. In catalogo collegii methymnensis ineunte Septembri 1561 scripto (Cod. *Cast. 13,* f. 111) de eo dicitur: « El hro. Juº. Bonifacio de 23 años de edad y de Comp.ª 4. lector de la 4 classe, de rethórica, griego y humanidad ». De operibus ab eo scriptis cf. URIARTE-LECINA: *Biblioteca de escritores de la Compañía de Jesús pertenecientes a la antigua Asistencia de España...* I, 525 sqq.

[3] Ex autogr., ut videtur, in cod. *Neap. 193,* ff. 32-35; prius 272-275. Exstat ex. in archiv. colonien. HANSEN, l. c. 766.

— **6.** *Votorum renovatio.* — **7.** *Tinctor in Societatem admittitur.* — **8-10.** *Patris Salmeron et aliorum contiones.* — **11.** *Carcerati invisuntur, cum aliquorum maximo profectu.* — **12.** *Paenitentiae et eucharistiae sacramenta frequentantur; quibus roborata nobilis matrona abusum abstinendi ab ingressu ecclesiae ob cognatorum mortem evitat.* — **13.** *Duo ludimagistri neapolitani frequenter ad sacramenta accedunt.* — **14.** *Morti proximis auxilium fertur.* — **15.** *Caritatis opera a piis hominibus exercitata.* — **16.** *Cuiusdam virginis elogium. Socius navigans nautas a pravis vocibus continet.* — **17.** *Monialis magni nominis prope desperata pacem hortante quodam nostro recuperat, et perfectiorem vitae ordinem sequi statuit.* — **18.** *Capitales inimici reconciliantur.* — **19.** *Templi fabrica progreditur.* — **20.** *P. Provincialis Romam ire iubetur.* — **21.** *Mors Dominici Florentini nuntiatur.*

1. † YHS. Pax Christi. Questo quadrimestre, Molto R.do in Christo Padre, s'haueria da cominciare con alcuna lamentatione, poichè siamo astretti scriuerlo a V. R.da P. non sapendo doue quella si troua [1]; ma per fare l'obedienza semplicemente, lassando da parte ogni cosa, verrò subito a la breue narratione di quello che m'occorrerà circa il collegio suo di Napoli.

2. Il numero di quaranta Padri et fratelli, fori d'uno [a], non è scemato, e l'uno animo di tutti nel diuin seruitio cresce alla giornata, nè fra noi al presente, per gratia del Signor nostro Giesù Christo, si troua alcuno grauato d'infermità corporale.

3. Ne li giorni passati ci venne noua de la morte di duoi nostri charissimi fratelli, Francesco Granata et Horatio Gentile, quali di Roma erano uenuti a Napoli per rihauersi di certa loro indispositione, et poi di Napoli andati a l'aria natiuo, che di qua non è molto discosto [2], in fine sono gionti alla uera patria,

---

a fuori d'uno *supra vers.*

---

[1] P. Laínez profectus erat in Galliam cum Hippolyto Estensi cardinali.

[2] Franciscus Granata ex Melphi ingressus erat Societatem Romae die 20 Decembris anni 1556, ut notatur in cod. *Rom. 169.* f. 1. Vota emisit, seu potius renovavit in Montepolitiano, ut ex autographis patet, die 1 Ianuarii et 15 Augusti 1560. Cf. etiam *Epist. P. Salmeronis,* I, 442, 455, 472. Horatius Gentile ex Cajazzo, superatis magnis difficultatibus, ingressus erat Societatem Neapoli anno 1556, et paulo post Romam missus. Vota vovit Romae, die 24 Iunii 1556. De eo vide sis *Polanci Chron.* VI, 243, 252-53; *Litt. Quadrim.,* IV, 261; *Epist. P. Salmeronis,* I, 459, 618.

restando questo collegio assai bene edificato de la uirtù loro, quale hauemo conosciuto tanto in presenza per la quotidiana conuersatione di più settimane e mesi, quanto in absenza per alcune lettere con le quali ci hanno consolati non poco, quando essi maggior bisogno teniuano di consolatione.

4. Posso questo in generale confermare, che tutti di casa da douero attendono a questo, che prontamente e fedelmente s'esercitano in qualunche ufficio sono posti da l'obedienza; ma di ciò in particolare risplende grande esempio negli fratelli nostri di minore età, che circa sedeci sono scholari, parte in rhetorica, parte in altre lettere humane, de quali se poco s'ha da dire, diremo che essi ci appaiono huominj adulti; s'alcuna cosa, diremo che ci appaiono angeli; tanta è l'affettione loro uerso i suoi maestri, tanta la riuerenza uerso i superiori, tanta la charità con tutti i domestici, tanta la modestia fra i scolari che uengono di fuora, tanta la diligenza nel studiare, tanta è finalmente la parcità e custodia nel parlare, quale a giouani, e giouani religiosi, principalmente conuiene.

5. Le litanie si dicono fra noi ogni giorno la sera nella nostra chiesa, e si fanno le discipline vn dì sì, e un dì no, spartito il numero di Padri e fratelli in tal modo che a ogn'uno tocca la sua vna uolta per settimana, nel che anchora, come in altro, interuiene capo il R. P. nostro prouinciale [1]. Accetti nostro Signore questo et il resto tutto che operano i minimi serui suoi a gloria di sua Maestà, e per conseruatione de la sua chiesa santa.

6. Nella natiuità di S. Giouan Bap. si rinouorono i uoti, secondo l'usanza de la Compagnia, doue si truoua nascosta quelle manna che non conosce, se non quello che la riceue [2]. Quale altre uolte non in Napoli, ma in Roma, gustata dal sudetto fratello nostro Horatio, hebbe forza di tirarlo fuori da la casa paterna in sino quà in Napoli,-per spatio d'alcune miglia, così come debole e fiacco che era, monstrando egli in certo modo che non uolea perdere questa consolatione e ricreatione spirituale, che ultima in terra douea hauere con gli suoi dilettissimi Padri e fratelli in Christo.

7. Vn solo in questi quattro mesi passati è stato riceuuto a la probatione de la Compagnia, quale però ci deue essere in luogo di molti per la grande bontà sua conosciuta da nostri co' quali ha per lungo tempo pratticato. Costui è d'età d'anni

---

[1] P. Alphonsus Salmerón.

[2] Cf. APOC., II, 17.

circa 38, e secondo il giudicio che mostra nelle cose agibili, pare che sarà assai idoneo nella Compagnia per coadiutore temporale. Imperochè egli ha capito bene da che ci conosce, l'istituto nostro con dire questo spesse fiate, che sendo determinato di far uita religiosa, per alcune cose che spetialmente uedea osseruarsi fra li nostri, si sentiua spetialmente inchinato a la nostra religione; onde ottenuto che hebbe l'intento suo, offerse e gettò a gli piedi de superiori tutto ciò ch'hauea guadagnato nell'arte de tingere lane, a fine che non secondo il suo, ma l'altrui parere, fosse distribuito per amore di Christo. *[De scholis nihil novi.]*

8. Il R. P. nostro prouinciale, non ostante che assai lasso fosse restato nell'animo e nel corpo da la predica di quaresima, pur tuttauia ritornò all'essercitio tralasciato d'esporre la prima canonica di S. Giouanni, e l'ha seguita insino tanto ch'ha potuto per li caldi, che quiui sono grandissimi negli giorni caniculari, tenendosi in ciò riguardo non solo alla persona del lettore, ma insieme anchora a quelle de gl'auditorj, quali in uero questa uolta, se mai, hanno mostrato affettione uerso esso con uenire a gli sermoni suoi apostolici grande numero, sempre quando più potea il sole, nella chiesa nostra dopo uespro. Oltra ciò per altri non leggierj negotij il medesimo Padre poco tempo tiene di riposo, e questi sono che, o per charità de gli prossimi è sforzato pigliare con raccomandargli a principali della città, o chiedendoli molti risolutione di dubij theologali, non può fuggire, o per la cura del grege suo è obligato trattare con prouedere quanto si può alla conseruatione e augmento della Compagnia. Non fa mistieri al presente che m'affatichi in dare ad intendere a V. R. P. quanto credito egli ha qui appresso tutte le persone honorate e da bene, sì perchè di ciò altre uolte [a] h[o] scritto, come anchora perchè V. R. P. senza altrui auisi lo sa molto bene, e sa cosa che molto più importa, che o mangiare alla tauola del vicerè, il che ha fatto alcune fiate per comandamento di sua Ecctia., o hauere sempre facile audienza, et essere tenuto in cose spetialmente di religione, per uno de sinceri consultori dal medesimo vicerè [1].

---

a *Del.* s'ha.

---

[1] Perafán de Ribera.

9. Quattro altri sacerdoti di nostri fin'hora hanno essercitato et essercitano tuttauia uirilmente il talento d'euangelizzare (come con altre lettere s'ha monstrato) tanto con prediche, quanto con lettioni, tanto nella chiesa nostra, quanto nelle scole, tanto di festa, quanto di giorni d'opera.

10. Di più duoi Padri e uno fratello, anchora di nostri, non poco hanno sudato quest'estate in dichiarare la dottrina christiana in tre chiese diuerse di questa città al popolo, che acciò solea ridursi alquanto frequente. Et non solo li due Padri et un fratello faceuano questo, ma li [a] compagni che gl'erano dati a ciascuno il suo, pur nostri fratelli; onde in tutto faceano il numero di VI [b]. Non posso nè deuo tacere la charità e obedienza di questi, che a mezo giorno nelli più grandi ardori andauano per le uie della città inuitando a udire la parola de Dio qualunche incontrauano, e non solamente patiuano l'ingiurie de l'aria con molta consolatione, ma l'ignominie anchora e derisioni de gl'huominj, per amor di Christo e per salute de l'anime.

11. Fra tanto negli medesimi caldi meno è rafred ta la uisita degli prigioni, doue anchora s'ha fatto alcuna cosa a gloria di Dio. Doi disuniti d'animo per odio capitale stauano uniti di stanza, ch'erano nella medesima prigione, de quali uno cascato infermo si confessò con uno Padre di nostri, proponendosi al tutto di fare la pace con quel suo nemico, il che fu esequito mediante il detto Padre, onde ad ambiduoj la commune miseria è fatta più lieue, e tutti gl'altri hanno hauuto esempio d'edificarsi. Vn'altro, già condannato alla galera, tanto si risentiua de questa sentenza, che non si potea consolare, e questo (come egli dicea) per tal cagione massime che si uedea abandonato da moglie, madre et da tutti parenti e amicj. Piacque a quello che solo è la consolatione de miseri, mouere l'animo di costui a confessarsi con uno Padre di nostri, che più spesso uisita le carceri; il che fece [c] con sì buon proposito e con tale contritione, ch'el medesimo confessore da le lagrime quasi non si potea contenere, et [d] in continente ad alta uoce disse che egli staua preparato a qualunche grauissimo e atrocissimo supplicio, et ch' all'hora se pigliaua et per sempre uolea tenirsi Christo solo in luogo di moglie, madre e tutti quelli negli quali s'ha-

---

[a] *vv.* Et - ma li *supra verb., deletis* ma che duoi Padri dico et vno fratello solamente? i. — [b] *Del.* niente hanno fatto? — [c] il che fece *supra vers., deleto,* il che; fatto questo; e fatto. — [d] et *supra vers.*

uesse potuto confidare in questo mondo. Staua di più vno giouane condannato alla morte, quale uisitorno per confortarlo quelli ch' in questa città sogliono fare tale ufficio, persone honoratissime e uirtuosissime; ma uedendo questi tali che la cosa non gli succedeua, perchè il reo in modo niuno uolea perdonare a gli suoi aduersarij, o udire alcuna cosa de Dio: « jo moro a torto », gridando questo solo, « jo moro a torto », procurorono che fosse chiamato vno Padre di nostri. Va il Padre con vn' altro sacerdote nostro, parla con il giouane, intende la cosa, et finalmente [a] non si parte dallà, che (fatta la mutatione de la destra de l' Eccelso) [1], l' ascolta in confessione, lo consola, l' assolue, finalmente fa che pigli il uiatico per mano de l' altro sacerdote che nel medesimo luogo disse la messa; doue cosa degna era uedere quello Padre nostro all' hora, quando il giouane con li ferri a gli piedi e mezo ignudo de la persona, s' accostaua all' altare, mosso a tanta compassione che cominciaua a spogliarsi la propria ueste, acciò con quella lo coprisse per honestà et per riuerenza del sanctissimo sacramento; il che uedendo gl' astanti, l' impedirono con portare subito vn' altro habito al giouane, non del tutto sconcio et [b] assai più proportionato per la persona sua. Ridotte le cose in tale essere, o gran bontà del Signore e uirtù de gli sacramenti di la chiesa, il medesimo reo auisò il suo confessore et disse [c] ch' iui staua presente uno ch' egli insieme con se stesso falsamente hauea accusato nella corda per il troppo dolore; onde ammaestrato di quello ch' in ciò douea fare, senza tardanza ueruna, piangendo si gettò in terra a gli piedi di quel tale ch' hauea offeso, e gli chiese perdono de l' error suo in presentia di tutti, a cui l' altro benignamente rispose che li perdonaua, soggiongendo questo: per te mi rincresce, fratello, che senza causa sei stato causa e a te de la morte, e a me di tanti fastidij e pericoli. Il seguente giorno, che era [d] l' ultimo [e] in terra al giouane condennato [f] (perchè già nullo rimedio era, secondo l' ordine ciuili, di reuocare la sentenza), ritornò il Padre al luogo doue esso aspettaua il carnefice, e trouollo fermo e costante nel buon proposito di rendere in quell' hora l' anima al creatore suo uolentieri, non potendosi

---

a et finalmente *supra vers., deleto* che piu? — b et *supra vers., del.* e. — c et disse *supra vers.* — d era *supra vers.* — e *Del.* apparue. — f condennato *supra vers., deleto* condannato.

---

[1] Cf. Ps. LXXVI, 11.

fare altro, benchè per morte non meritata. Hor' il detto Padre per uedere il fine del tutto (come conueniua), accompagnò il giouane per mezo della città animandolo e confortandolo insino al luogo della giustitia, doue egli si riconciliò vn' altra uolta con il Padre, e detto che hebbe l' ultime parole a tutti gl' astanti: « non ho commeso il delitto per il quale moro condannato », tenendo in bocca sempre il nome dulcissimo di Giesù, nelle mani del medesimo rese il spirito.

12. Nella chiesa nostra (per cqua tornare) la frequenza de le confessioni e communioni è assai grande, secondo il numero de gl' operarij, quale quanto multiplicato si ricerchi per la molta messe, difficilmente si può esplicare; nè poco frutto spirituale da questo appare ne gli diuoti nostri, fra quali vna signora illustre ha dato di ciò notabile dimonstratione, che mortoli vn figliuolo, oltra il moderare più che è solito di donne il dolor materno, uolse che nella chiesa nostra il corpo suo fosse sotterrato, et essa doi o tre giorni poi si lassò uedere, come prima, nella medesima chiesa a gli diuinj ufficij, contra l' abuso inuecchiato di questa città, che doi o tre mesi, e l' anno anchora intiero, per la morte d' alcuno di suoi le donne stanno rinchiuse in casa fuori d' ogni proposito e raggione. Vengono alcuni da circumuicini castelli insino cqua in Napoli per parlare con li nostri, e secondo il consilio loro si risoluono d' emendare i costumi e di uiuere christianamente.

13. Parimente doi maestri di scola che quì [a] stanno in Napoli, al spesso si confessano con li nostri, e procurano ch' el medesimo faccino i suoi scolari, quale esempio uolesse il Signore che tutti de la medesima professione seguissero [b], perchè pare che così in gran parte si rimediaria alla christianità, e in alcuna parte noi a certo modo haueriamo coadiutori de l' istituto nostro.

14. Non poco anchora s' aiutano gl' ammalati che stanno uicinj alla morte, essendo uisitati da gli nostri. Questo interuenne [c] non molti giorni adrieto, che uno posto in simili angustie era di tal maniera tentato dal maligno spirito, che con gli gesti (la fauella già egli hauea perso) mostraua d' abominare il segno della croce et il nome di Giesù. Venne a costui vno sacerdote nostro che fu chiamato, quale uedendo che in pericolo di tanta importanza era bisogno di subito aiuto, ricorse all' oratione santa con mettersi inginocchioni auanti il letto, e con

---

a *Prius* quiui. — b *Del.* come vn Padre quiui di nostri fra l'altre cose sommamente desidera. — c *Emend. ex* interuiene.

comandare a tutti l'altri che stauano presenti il medesimo. Non passò lungo spatio di tempo che l'ammalato diede segno (benchè tutta uia non potea parlare) di penitenza, perchè chiaramente si uidde ch'egli poi riueriua la croce, Giesù e tutti i misterij de la fede catolica, e questo insino all'ultimo sospiro.

15. Lasso di dire le cose notabilissime ch'alcuni, pur diuoti nostri e huominj di rara uita, operano in questa città a gloria di Dio con uisitare gl'hospitali, con souuenire a poueri uergognosi, con esortare tutti al studio de la dottrina christiana. Nè mi trattengo in raccontare questo ch'io sò, ch'è usitatissimo a detti huomini da bene, che fra loro sogliono raccogliere danari ponendo ogn'uno la parte sua secondo le facultà, con gli quali ogni mese cauano da prigione cinque o sei al manco di poueri huominj che llà sono posti per debiti, e llà stanno, con tanto interesse suo e di tutti i suoi. Fin qui siamo stati dentro Napoli, hor' usciamo un poco fuori.

16. Fu mandato vn fratello nostro da l'obedienza per certo negotio in un castello alquanto discosto di qua, doue vno giouane uirtuosissimo che in Napoli frequenta la confessione e communione nella chiesa nostra, hauendolo uisto, per la molta allegreza parea che giubilasse, e così con vna pia e amoreuole forza lo costrinse andare a casa sua, e uolse in ogni modo ch'iui mangiasse e dormisse quella notte, dimostrandoli in tutte le cose tanta charità e largheza d'animo, che sempre dicea: « perdonatemi, Padre, se non ui tratto come meritate », con tutto ch'el fratello nostro riconosceua in esso e confessaua quasi souerchia cortesia. Iui era presente il padre, iui era presente la madre, iui erano presenti li fratelli, iui erano presenti gl'altri di casa, e una uergine sorella del sodetto giouane, come vn'altra Marta, seruiua in tauola al fratello nostro; il che crediamo che essa per la diuotione grande che tiene alla Compagnia impetrasse dal padre e dalla madre, come gratia singolare e cordialmente desiderata. Oltra ciò le cose che iui intese il fratello nostro della detta vergine sono mirabile; gli diceuauo che tanto conto tiene d'un Padre nostro, suo confessore, al quale uiene sino qua in Napoli doi e tre uolte (più spesso non può per la difficultà de la strada) ogn'anno, che un iota non preterisce l'auisi e comandamenti di quello, e che ogni settimana si confessa e communica per mezo de gli sacerdoti che iui si trouano, non obstante che gli medesimi sacerdoti, allegandoli certa riuerenza irriuerente, l'habbiano uoluto molte uolte retirare dal suo santo proposito; e de qui è causato l'honor de

Dio ch' a esempio della vergine degnissima d' ogni laude, molti e molte di quel loco hanno preso feruore grande circa le cose diuine, e hanno eletto e seguitano il medesimo istituto di uita regolata e christiana. Il medesimo fratello nostro tornandosene a Napoli per mare, cominciò a riprendere li marinari che lo conduceuano, per alcune parole disshoneste che fra loro raggionauano, e di questi fu uno che li disse: « ben, Padre, saresti uoi forsi vno de quelli Padri santi che in Roma uanno a Ripa chiamando et esortando i barcaioli a la confessione e a altre buone opere?» [1]. Sono, rispose il fratello, della Compagnia di quelli; il che hauendo inteso, prese il buon' huomo grand' allegreza, e detto che hebbe molte cose di ciò che in Roma uisto hauea de li nostri, confessò ch' egli era vno di quelli ch' in Roma a persuasione di nostri fratelli si haueano confessatj nella chiesa nostra; poi tanto rispetto e come un timore riuerentiale assalì negli animj di tutti quelli che erano nella barca uerso il detto nostro fratello, che lo chiamauano Padre santo e beato, e in fine lo pregorono che gli uolesse fare un sermone d' alcuna cosa [a] spirituale, il che fece egli il meglio che puottè; e ciò che fece, bastò all' auditori; onde adesso ci dice questo fratello cosa che è notabile, che tutto quel uiaggio per mare, che nè breuissimo, nè ageuolissimo fu, passò senza biasteme e una parola meno che honesta. Sit nomen Domini benedictum semper.

17. Occorse anchora ch' un Padre di nostri andò per comandamento del superiore in una città non infima di questo regno, acciochè iui consolasse una monaca di grande autorità e primaria nel monasterio; il che fu richiesto con istanza al Prouinciale nostro d' alcuni personagi illustri, che sommamente desiderauano la pace e quiete di quell' anima, sapendo che di tal maniera staua afflitta, che da niuno si potea soleuare, con tutto che molti huominj di grande autorità e dottrina gl' hauessero parlato. Il detto Padre, auisato solamente d' una leggiera e non si graue turbatione donnesca, intrato che fu nella chiesa del monasterio, e uisto ch' hebbe la detta monaca, cognobbe da gl' occhi suoj quasi infocati, che più male era di quello che si pensaua, e così mentre s' accosta a luogo deputato a gli colloquij di forastieri, raccomanda di cuore a Dio tutto il negotio, e auisa il compagno suo che non cessi di fare oratione nel

---

a cosa *supra vers.*

---

[1] Vide sis *Polanci Complementa*, I, 210-211; 265-266.

tempo ch'esso sta a raggionare con la monaca. S'affrontano insieme de una parte il Padre religioso, da l'altra la Madre religiosa, e questa prima gettò fuori dal petto ciò che essa uolse; il che permesse il Padre con disegno, acciò meglio s'informasse di tutto il fatto, quale molto male fatto era; et era questo che la monaca ardeua di tanto fuoco d'ira contra il superiore del monasterio per alcune cose ordinate da esso, quali essa non giudicaua ben ordinate circa esso monasterio, che del tutto staua determinata d'uscirsene del luogo, e o uero retirarse in casa de li suoi parenti secundum carnem, o uero andare in alcuno eremo; il che si fosse successo, si pensa ch'haueria posto in bisbiglio tutto il monasterio e seco haueria tirato in precipitio gran parte delle monache, sì perchè ha per [a] lungo tempo gouernato altre uolte detto monasterio, sì perchè assai può et è molto nobile per li parenti che tiene al secolo. Or il Padre al tempo suo con benigne e dolci parole disse che uolentieri daria risposta al tutto, ma con questa conditione, che mentre parlasse, non fosse interrotto, come esso hauea osseruato mentre la monaca parlaua; e così fattali con difficultà tal promessa, cominciò a trattare [b] el religioso religiosamente con la religiosa, e tal forza e uirtù diede alle parole sue quello di che è scritto: « non sete uoi che parlate, ma il Padre uostro celeste parla in uoi » [1], che la buona monaca non si potea contenere de le lagrime, et essendo [c] uinta, disse in continente che staua apparecchiata a fare tutto ciò ch'el Padre in tal caso li consigliasse. A te l'honore, a te la gloria, benignissimo Giesù, da la cui gratia riconoscemo la salute di tutta la famiglia delle vergine a te consecrate, nella salute di questa sola, che per mezo de l'humile tuo seruo ti sei degnato d'operare. In fine la monaca ridotta et confirmata dal Padre nel buon stato della sua uocatione, lo pregò e ottenne l'intento che li facesse hauere notati in scritto alcuni punti ch'essa più necessarij hauea auertito nel discorso del raggionamento, come de l'oratione quotidiana, de la semplice obedienza, di non ascoltare quelli che dicessero il contrario, di conoscere le tentationi mentali, che non sono peccato, se non ci è il consenso nostro, etc.; le qual cose tutte disse ella che uolea tenere

---

a per *supra vers.* — b *Del.* ch' (?). — c et essendo *supra vers.*, *deleto* e resose (?).

---

[1] Cf. MATTH., X, 20.

appresso se e custodir' in perpetuo, acciò mai se scordasse di quelle, et acciò l'effettuasse a tutt' il poter suo. Aggiungerò vn' altro fatto non molto inferiore a questo, il che è tale.

18. Erano capitali inimicitie fra certi principali d'una terra anchora di questo regno, onde si potea temere grande rouina di molti. Parue al vicerè di Napoli mandare vno personagio, pur principale, di questa città che uedesse di leuare i scandali e porre concordia fra ambedue le parti. Questo mandato di sua Ecc.tia uolse in sua compagnia vn Padre di nostri, non per simile effetto, ma per altro di non poca importanza. Vennesi al negotio della pace, nel che si trouorono gl' animj tanto [a] esasperati, che poca o nulla speranza apparea di poterlo effettuare. Accorto di questo, all' hora il nostro Padre con bel modo, come s' altro pretendesse, pigliò occasione di farsi amico l' huomo di l' una parte con cui s' era trattato di pace; e così in vn luogo doue essi duoi soli stauano, cominciò a raggionarli della forza de l' amor christiano, e disse egli molte cose in quel proposito, che l' altro non ributtaua [b], anzi (come apparea) uolentierj ascoltaua. Il giorno seguente da nouo si tornò a negotiare circa la medesima pace da quello che tal carico hauea, et per gratia di Dio fu così facile a piegarsi colui che prima era durissimo, ch' in continente si chiamò l' altra parte, e con allegreza e consolatione di tutti ambedue si riconciliorno insieme, e si congionsero d' eterno ligame. Or di questo fin qui basti.

Quanto alle cose nostre domestice, quelle ne l'essere medesimo si trouano di che V. R. P. per altre nostre fu già raguagliata.

19. De la fabrica de la chiesa questo solamente potemo dire, che non [c] è finita, ma già quattro [d] colonne sono alzate a luogo suo, e si preparano già le machine per edificare il uolto della cappella maggiore, come si suol fare in chiese al quanto ampie e di disegno.

Queste sono le cose, molto R.do in Christo Padre, che li minimj vostri serui e figliuoli fanno nel bel paese di Campania, mentre uostra R. P. ua peregrinando per qualsiuoglia terra; le qual cose tutte legendo quella douunque si troua, humilmente la pregamo che tenghi memoria del desiderio ch' habiamo di lei,

---

a tanto *supra vers.* — b ributtaba *supra vers.*, *deleto* ripudiaua (?). — c non *supra vers.* — d ma già quattro *supra vers.*, *deletis* il resto già quat.

e se non a se medesima, al meno a noi altri conserui la sanità sua. Di Napoli alli 6 di Settembre 1561.

Di V. R. — Per commissione del R. P.re Rectore — Indegno seruo in Christo.

Joseffo Fabritio [1].

20. Essendo già scritto il quadrimestre, prima che fosse inuiato a V. R. P. cominciammo essere senza Prouintiale, quale il dì settimo di Settembre partì de qui per Roma, acciò per comandamento di V. R. P. (come egli ci disse) assistesse iui in Roma suo uicario in questa sua absenza. Come i forasteri ciò preso habbino, essi se lo sanno, quali son forzatj mancare di quello che in molte e grandi cose mostrano d'istimare tanto quanto altri pochi. Noi altri così ci consolamo, prima che sapemo che tale è la uoluntà di V. R. P.; di poi che ci ricordamo delle parole ch'egli disse a tutti i Padri et fratelli di questo collegio esortandoci alla perseueranza nel[la] uocatione e dandoci alcuna speranza di presto ritorno.

21. Fra tanto anchora e uenuta noua della morte del charissimo nostro fratello Domenico Fiorentino, che di qui mandato in Calabria da l'obedienza, presto è stato rimunerato dal Signore dopo alcune fatiche prese iui per la fede catolica insieme con doi Padri de nostri, quali da Roma già quest'estate llà andorono per ordine di V. R. P. a requisitione d'altri contra certa setta d'hereticj ch'in quelle parti s'era leuata, e ades[so] de dì in dì quiui in Napoli s'aspettano con uittorioso e felice successo de l'impresa [2].

Laus Deo.

578

IOSEPHUS GUIMERA

OCANIA 7 SEPTEMBRIS 1561 [3].

1. *Sociorum valetudo et religiosa disciplina. Scholasticorum in litteris et bonis moribus profectus; quorum aliqui Praedicatorum ordinem ingressi sunt, alii ad Societatem aspi-*

---

[1] Vide p. 111.

[2] Fr. Dominicus Florentinus missus erat in Calabriam cum PP. Crucio et Xavierre. Vide sup. Epist. 538, 539, 543, 544, 545.

[3] Ex autogr. in cod. *Hisp. 98*, ff. 339, 340; prius 265. Exstat exemplum latinum in ff. 316, 317. Exstat exempl. datum 1 Sept. in archiv colonien. Hansen, l. c. 768.

rant. Ex tragoedia magno plausu acta collegii existimatio apud externos augetur. — **2.** *Sacerdotes consuetis ministeriis occupantur. Capite damnati in spiritu iuvantur. Periculosa taurorum agitatio vitatur. Paces inter discordes initae.*

1. ┼ Jhus. Muy R.do en Chro. P.e Pax et gratia Chri. etc. *[Socii bona usi sunt valetudine, et ad religiosam perfectionem consuetis mediis tendunt.]* En los estudios ha auido alguna remissión por el calor. En el curso de artes, que se acaba este año, se han aprouechado los que de casa oÿan, y entre todos se an siempre señalado, como suelen los nuestros en donde quiera que estudian, assí en el arguir, como en estudiar con dilligencia, y entender las lectiones. De los de fuera, uno que en habilidad, uirtud y en su facultad a dado siempre mejor muestra que los otros, espera con gran deseo que llegue Sanct Lucas para entrar en la Compañía, por estarle aquel tiempo señalado por nuestro Padre prouincial. De los que oyen grammática, también algunos lo piden con muy gran instantia dando grandes muestras de su perseuerantia y deseos: oya Dios nuestro Señor sus sanctas petitiones, quando para mayor gloria suya fuere. Y muchos mas lo pedirían, sino tubiesen entendido con quánta dificultad resciben en la Compañía; porque son tan propensos y inclinados a relligión, que después de los que escrebí a V. P. en la passada [1], an entrado otros tres en Sancto Domingo. Algunos se confiessan cada ocho días; otros cada 15, y comulgan, conforme al consejo y orden de su confessor; y entre otras cosas han mostrado senal de piedad en un estudiante pobre que, allegada limosna entre todos, le vistieron honestamente. Por principio de Julio se representó una tragedia de Judith, con tanto apparato de seda y oro, y otros ornamentos, que ponía admiratión de dónde se abían sacado tantos y tales adereços. Agradó mucho la grauedad y estilo de la tragedia, y fué tanto más de ber, quanto los estudiantes fueron más pequeños y nobles; y fué alabada de todos, cresciendo el crédito (por dicho de muchos) de la Compañía en leer y enseñar a los niños, de donde se sigue que bienen cada día más estudiantes, no sólo del pueblo, mas también de lejos de aquí. Queda dar las gracias a V. P. del gran cuydado que ha tenido en escreuir las reglas de

[1] Vide p. 313.

los studiantes [1], con las quales ellos puedan aprouechar mejor en letras y uirtud, y los que les leen, tengan dechado de cómo se han de aber en su officio.

2. Los Padres han estado ocupados en predicar, y confessiones, que an sido más que solían, confessándose muchos generalmente y trayendo a otros a la confessión. Entre otras personas, dos mugeres, las quales con su poca honestidad eran causa de gran daño en otros, han dejado su mal uiuir, recogiéndolas en su casa otras mugeres honestas, que freqüentan los sanctíssimos sacramentos en nuestra iglesia. Vase a confessar y ayudar a bien morir los enfermos; uisítase el hospital y la cárcel, en donde se les ayuda en lo que se puede. Estos días auiendo de quemar a uno, fué llamado un Padre para confessarle, el qual le acompañó hasta el palo. consolándolo y confortándolo para llebar con pacientia la muerte, y no poco mostró ser consolado de lo que le decía, según el ánimo que tubo, y con palabras mostró, quando lo llebauan a justiciar. No queriéndose otro preso confessar, ni podiéndoselo persuadir ni las amenaças del juez, ni otros sacerdotes que para este fin allí abían ido, después de todos fué el dicho Padre a petición del juez, y no sólo entonces, mas muchas ueces después el preso lo a imbiado a llamar para confessarse. A los sermones de los nuestros acude mucha gente, y son oydos de buena gana, assí en Ocana, como en los lugares comarcanos, de los quales por no alargarme, solamente diré dos o tres cosas. Como por estas partes pocas ueces se corran toros sin muertes de gente y muchas otras offensas de Dios, para euitar tanto mal vn Padre predicó de los peligros y daño de semejante spectáculo, y plugo a Dios que se mouieron unas personas a traer una prouisión del rey para estoruarlo; por lo qual los soltaron, aunque ya estauan encerrados; y pensamos que se quitarán del todo en este pueblo. Yendo el mesmo Padre a praedicar a un lugar, fué oydo ansí a la mañana como a la tarde con muchas lágrimas y motión de los oyentes, en donde entre otras cosas puso en paz y concordia a dos sacerdotes y dos legos que con gran escándalo del pueblo querían proseguir la causa delante del consejo de Órdenes. Mas fué tanto el sentimiento que les dió Dios nuestro Señor, que aquel mesmo día el injuriado pidió perdón al que le injurió. Otro que abía sido affrentado con una

[1] Hae regulae videntur esse quae editae sunt apud *Monum. Paedagogica*, 454 sqq.

de las cinco palabas de que mandan las leyes se desdigan, o que sean públicamente açotados [1], uino dende a dos o tres días, y lo puso todo en manos del dicho Padre, del qual se tiene tanto crédito en esta parte, que las más amistades se hazen por él. Y aunque me podría bien extender en esto, mas sólo diré cómo dos casados que viuían apartados el uno del otro, por la misericordia de Dios han sido bueltos en concordia y vida conjugal, confessándose y rescibiendo el sanctíssimo sacramento en nuestra casa. [*Preces postulat.*] De Ocana a 7 de Setiembre 1561.

De V. P. hijo indigno y mínimo en el Señor

JOSEPH GUIMERÁ [2]

Por comissión del P.e Rector.

579

P. IOANNES DE VALDERRABANO

MONTE REGIO 10 SEPTEMBRIS 1561 [3].

1. *Discipulorum humilis condicio ferias protrahit. Studiorum instauratio. Socii peregrinatum missi doctrinam christianam ignarissimos homines docent, et civibus compostellanis bono exemplo sunt.* — **2.** *Per aestatem multi tum in Monte regio, tum in vicinis oppidis aegrotant, quibus socii auxilio esse curant. Parochi mors. Scholastici religiosae perfectionis cupidi. Pueri rudimenta christianae doctrinae docentur. Clericorum mores in melius mutantur. Paces inter vicarium et iudicem ineuntur. — De collegii fundatione.*

1. ┼ Ihs. Muy R.do P. nuestro en X.o Pax X.i Después de la quadrimeste pasada, cosa particular no se a offreçido que escribir a V.a Paternidad, porque en este colegio an sido uacationes casi siempre. La causa es, como sean los más hijos de labradores, y uayan ayudar a coger el pan y vba a sus padres; otros por las calores, y ser la tierra algo enferma en el verano, to-

---

[1] Cf. FUERO JUZGO, lib. 12, tit. 3.

[2] Vide p. 71.

[3] Ex origin. in cod. *Hisp. 98*, ff. 273, 274: prius 245. Sunt in eodem cod. duo exempla latina eiusdem (ff. 341, 342-43), alterum subscriptum a Valderrábano, alterum ab Heredia.

fu mandato a Roma; doue intendiamo che la santa obedienza l'ha messo a seruire in uno spedale per sua probatione. Fra gli altri che desiderano essere admessi, sonno due giouanetti di buona aspettatione, et assai modesti, l'uno di quali, nostro scholare, della casa di Centurioni (come un'altra uolta scrissi) non cessa di picchiare finchè gli sia aperto, il che fa hora con magior instanza, uedendo che gl'inimici domestici, cioè parenti, cercano de impedirlo da questo santo proponimento [1]. Le discipline che faceuamo per ordine di V. P. per il regno di Francia non si sonno mai tralasciate insino a tanto che dalla s. obedienza fummo auisatj, che per questa inuernata si tralasciassero, benchè non si è mancato di dir ogni giorno le lettanie con la medesim[a] intentione.

3. Et per dir anche qualche cosa del temporale, non manca colui che è solito, M. Pauolo d'Oria, di prouederci con gran charità, et liberalità, di ciò che uede esserci di bisogno. La cui diligentia in procurare a noi le cose necessarie, ci è causa non solo di grande edificatione, ma anche di gran marauiglia, tal che douemo molto ringratiare Iddio N. S. che a tempi nostri da un secolare posto infra le spine delle richezze, racoglie frutto non solo trigessimo, o sessagessimo, ma centesim[o]; imperochè oltra la grande affettione che porta a noi, et a tutta la Comp.ª nostra, è questo signore molto deuoto della frequentia del S.mo Sacramento, et desideroso della salute delle anime. Il medesimo potrei dire dell'altro protettore nostro M. Nicolao Sauli.

4. Hora uenendo a quelle cose che i nostri han fatto in aiuto delli prossimi, non si possono facilmente scriuere una per una; im[pe]rochè non s'è mai mancato di predicare, confortare gli afflitti, accordare i discordi, confessare, et fare altre opere pie, che sogliono fare quelli de nostra Comp.ª. Vn poco auanti a l'aduento fù con grande instanza pregato il R. P. Rettore che predicasse in un monasterio di monache, che chiamano S. Andrea; il c[he] speriamo che sarà molto gioueuole non solamente alle istesse monache (che sono molte, et di nobili fa[mi]glie), ma anche a gli altri che ui concorrono, imperochè questo monasterio è etiandio parochia d[elle] buone di questa città. Il P. Girolamo [2], ministro, predica in un'altra parochia di S. Damiano col medesimo frutto delli auditori. Il P. Battista Vellati, mentre fu

[1] Votum suum num tandem opere compleverit, invenire non potuimus.
[2] P. Hieronymus Galvanello.

quà, fece il medesimo con maggio[r] concorso, massime di principali. In questo tempo l'arciuescouo [1] ci mandò un christiano che haueua rinegata la fede di Christo, acciochè dopo che fusse da noi essaminato et amaestrato, [si] riconciliasse con Dio et la S. Chiesa. Vn'altro apostata dell'ordine di S. Bernardo uenne al [R.] P. Rettore, il quale l'aiutò nel temporale et spirituale, et essendosi dopoi ammalato nello sp[e]dale fece chiamare il R. P. Rettore dal quale si confessò, dando segni di gran contritione, [et] desiderio di ritornare allo stato suo. Delli molti frutti che per la diuina bontà si racoglio[no] dalle confessioni, ne scriuerò qui qualchuni. Quelli, che si confessano da nostri l'hanno in sì gran[de] reputatione, che se per auentura qualche tempo si confessano da altri, non restano sodisfatt[i] finchè ritornano al collegio nostro. Fra questi è un giouane che ha fatto una bonissima pr[o]ua della sua patientia. Costui essendo stato ferito da un'altro giouane suo inimico, non solo un' uolta, ma due, o tre nella testa, sempre l'ha perdonato molto uolentieri, nè anche ha uolu[to] uendicarsi, seruato iuris ordine, senza conferirlo prima col suo confessore. Vn'altro che de[side]raua uendicarsi d'uno suo nemico, uenne a confessarsi nel collegio, et conségliandoli [il] confessore che lasciasse l'odio, al principio fece grande resistenza, finalmente da se stesso comp[unto ?] si partì dal confessore auanti che gli desse l'absolutione con animo di domandar' perdono a cui pensaua offendere. Il che hauendo fatto, nella [a] medessima hora tornò per l'absolu[tio]ne. Tre donne che uiueuano dishonestamente, si son ridotte dalla mala uita à confessa[rsi] spesso. Questo ultimo giubileo che si fece quì puoco auanti Natale, fù tanto il concor[so] di penitenti a questo collegio, che per carestia di confessori non se li potè sodisfare, et quan[tun]que in quelli giorni durorno le confessioni in sino à tre hore di notte, pur credo che fu[ro]no più quelli che non si poterno confessare, che gli altri, che si confessorono. Nel che qua[nto] sia stato seruito il Signore, quante anime sieno state liberate dalla boccha del demoni[o], etc., lo lascio considerare a V. R.

5. Non tacerò una cosa particolare che accadette questi dì pas[sati] al R. P. Rettore. Vna gentildonna, zia del nostro fratello Girolamo Giustiniano, (che l'ann[o] passato si mandò di

[a] *Delet.* detta (?).

[1] Augustinus Selvaghus, O. P.

quà al Loreto) [1] portaua grande odio a tutti noi, massime al R. P. R[ettore], quasi l'hauesse rubato il suo nepote; ma per diuina prouidenza accadette che essendogli m[or]to il marito restasse molto sconsolata, et tanto sdegnata, che ne anche uoleua farsi il segno de[lla] croce. Per il che chiamato il R. P. Rettore per consolarla et leuarla da tale impietà, non sola[men]te la tolse da questo errore, ma anchora gli persuase che se confessasse, il che promise u[o]lere fare [a] fra puochi giorni; la cui sorella, madre di quel fratello nostro, che ho detto, s'è di tal sorte mutata dall'hora in quà (essendoci prima non manco nemica dell'altra), che rende infinite gratie a Dio, et al R. P. Rettore per il cui mezzo confessa se essere stata tolta dalle ten[ebre] della ignoranza, et condotta alla luce della uerità, et il suo figliuolo dedicato al s.to seruitio di Dio N. S.re, et già si confessa ogni otto giorni da sua R., il che a noi causa non puoca marauiglia, conciosiachè ci ricordiamo che il medesimo P. l'anno passato fu chiamato in Signoria dalla medesima acciò rendesse conto del suo figliuolo, che diceua essere stato sedutto da S. R.

6. Le altre opere pie, che i nostri sogliono fare in aiuto de prossimi, non si sonno punto tralasciate, imperochè spesso uanno alli spedali a consolare gli infermi, et quelli che sonno infermi nelle case proprie, fanno spesso chiamare i nostri, acciochè si confessino [b] da loro. Il numero di coloro che si confessano ogni otto giorni, et alcuna uolta più spesso, ogni giorno ua augumentandosi, et molto più crescerebbe, se quella incommodità non l'impedisse (della quale tante uolte, et non senza causa ci lamentiamo), perchè non hauiamo una chiesa commoda per lo instituto nostro; et benchè il demonio fa ogni suo sforzo per impedire tanto bene, pur a suo dispetto speriamo che fra puoco tempo se adempieranno i desiderij nostri.

7. Hora uenendo a quel che tocca alli studij, nel principio di Nouembre si fece la rinouatione delli studij solennemente nel duomo, doue oltre gli altri honorati cittadini, et altra gran multitudine di gente, ui si trouorno presenti l'ambasciatore del re di Spagna, il marchese di Vigeui [2], et l'istesso Duce [3] con la Signoria. La cosa passò a questo modo. Prima un maestro delli

---

[a] *In textu* fare uolere, *sed est n. 2 supra v.* fare. — [b] *Emend. ex* confessano.

---

[1] Vide p. 2.
[2] Ioannes Franciscus Trivulzio.
[3] Baptista Cicala-Zoagli.

nostri fece uno essordio, col quale fece attenti gli auditori informandogli di ciò che s'haueua a fare. Dipoi si leuorno sei di nostri scolari, tre delli quali con diuerse sortj [a] di uersi dissero male di quelle scientie che qui si [b] leggono, cioè grammatica, rhetorica, et greco. Gli altri tre che stauano all'incontro, resposero in prosa refutando tutte le loro obiectioni; finalmente [c] il medesimo maestro (che fece la prefatione) mandò a casa [d] gli auditori con una bellissima oratione. La cosa si fece con molto applauso et sodisfatione di tutti. Sia laude al Signore. Il giorno sequente li signori prottetori nostri con altri gentilhuomini desinorono nel collegio, quasi rallegrandosi, et congratolandosi della buona reuscita dell'atto, et felice commınciamento delli studij; ma auanti desinare il P. Battista disse messa, et fece una essortatione alli maestri, et scolari nostri (che son circa ducento) sopra li studij, animandoli a congiongere la diuotione con le lettere. In questa città tengono si buona opinione della doctrina di nostri (come altre uolte ho scritto), che molti huomini molto dotti ci portono le sue orationi, o uersi che compongono, acciò le emendiamo, fra quali è un certo medico che spesso ha fatto orationi lattine publicamente; un'altro etiamdio Catanio (che sono principali in questa città), huomo qualificato per l'età et doctrina, et nobilità sua, uiene spesso al collegio, et sottomette all'essame di nostri li uersi, che scriue; il che fa molto felicemente. Molte altre cose lascio di scriuere, perchè mi ricordo hauerle altre uolte scritte a V. P.; tal che non resta altro, se non che raccommandiamo questo collegio genouese alli santti sacrificij, et orationi di V. P. et di tutta la Comp.ª nostra. Di Genoua al p.º di Genaio 1562. Per commissione del R. P. D.ᵒʳ Gaspar Loarte, Rettor nostro.

Di V. P. indegno figliuolo in Xpo.

INNOCENZO SPATAFORA [1].

*In fol. 33.*ᵛ « Quadrimestre di Genoua di Genaio 1562. — Volgare ».

---

a *Emend. ex* sorte. — b *Prius* se. — c *Delet.* mandò a casa. — d *3 vv. praec. addita supra vers.*

---

[1] Vide p. 6.

602

STEPHANUS TUTIUS

messana 1 Ianuarii 1562. [1].

1. *Studiorum instauratio bellissimo dialogo celebrata.* — **2-3.** *Per natalicia Domini accessus ad sacramenta copiosior numero; fructu uberior.* — **4.** *Virgo prudens aeque ac pia: quo artificio matrimonium repudiarit.* — **5.** *Mira ad verbum Domini audiendum concursatio.* — **6.** *Pater Otello contionem in templum maximum transferre cogitur.* — **7-8.** *Sacerdotes iudicesque ex urbe et tota circum vicinia nostros consilii gratia conveniunt.* — **9.** *E primariis unus, praeclari vir exempli, Patrem Otello veneratione summa prosequitur.* — **10.** *Excursus.* — **11-12.** *Cives promiscue de amore erga nostros signis minime dubiis certant.* — **13.** *Proregis in P. Provincialem affectus.* — **14.** *Duo ex nostris instanter rogati intersunt magistratibus civilibus eligendis.* — **15.** *Zelus cuiusdam religiosae.* — **16.** *Candidati ad Societatem.*

1. ✝ Iesus. Maria. Pax Christi, etc. *[Breviter scribet. Res domesticae bene procedunt. Religiosa disciplina viget].*

In la rinouatione delli studij s'è recitato un bellissimo dialogo, composto di uersi jambici, nel quale (com'è appresso di Zenofonte) [2] si rappresentò Hercole, che posto in una solitudine e quasi risoluto di seguitare la voluttà, tirato dalle sue false persuasioni, et allettamenti, sopragiungendo la vertù glielo leua di mano finalmente doppo longa contentione; et egli si risolue a lasciar la uia delli piaceri uani, et darsi in tutto alli ueri piaceri della vertù. Ci si ritrouò il vicerè [3], e li principali della città; e d'altre persone ci fù grandissimo concorso; et il tutto andò bene. Delettò il dialogo a tutte sorti di persone; perchè a quelli che non haueano lettere, et anco a quelli che stauano

[1] Ex origin. in cod. *Sic. 181 - Sic. 182,* ff. 238-239; prius 2-3. Aliud exemplum est inter Litt. Quadrim. anni 1552. Est etiam ex. latinum in cod. *Sic. 181,* f. 237.

[2] Cf. Xenoph: *Memor. Socr.* II, 1.

[3] Ioannes de la Cerda, dux de Medinaceli.

lontano, si sodisfaceua con la uiua rappresentatione de recitanti, e col bel modo e gratia di recitare, oltra il bello apparato, et anco musica che ui s'interponeua. Alli dotti era sodisfatto con la eleganza e purità del parlare, e con la bella dispositione dil soggetto, pieno d'argutie e di sentenze. Vi fu ancora grande quantità di compositioni in uerso di tutte tre le lingue, che attaccati in alcuni luoghi, non solamente delettauano quelli che le leggeuano, ma ancora alli risguardanti faceuano bellissima uista. Finito il dialogo, si recitò una elegia assai deletteuole e faceta, che piaque molto, massime perchè fatti li soliti ringratiamenti, dando li ultimi saluti finì con una uarietà d'otto o noue ling[ue] [a], che lasciò tutti con gran piacere, ma con assai maggiore ammiratione.

2. In questa solennità del Natale s'è confessato e comunicato ne[lla] nostra chiesa gran numero di persone di tutte le conditioni, e per tutte le feste c'è stato da fare, non hauendosi potuto sodisfar a tanti per le confessioni li giorni innanzi.

3. Per le confessioni di questi giorni si son fatti particolarmente questi tre beni: fatte lasciar ad alcuni le concubine; fatte fare restitutioni; et fatessi ancora confessioni generali con buone occasioni, e buon frutto.

4. Vna giouane vergine circa di XX anni, essendosi confessata dalli nostri circa tre mesi, e uolendola puoi maritar il padre, e mandando il sposo a confirmar il matrimonio, la giouane, intendendo questo, essendo già rissoluta di consegnare la sua virginità a nostro Signore et entrar in religione, tagliatisi subbito li capelli, e portatigli la in casa in publico, li appresentò con grand'animo a quello ch'era uenuto da parte del sposo.

5. Da certo tempo in qua, per gratia del Signore, uengono qua alle prediche nella nostra chiesa et a confessarsi dalli nostri persone principali in maggior numero che per il passato; e di gente più bassa tanto è il concorso, che in tutto 'l tempo della messa grande, doppo la quale subbito ne uien la predica, non si uede altro che gente uenire, et uscire, perciochè ancor che la nostra chiesa non sia delle [b] piccole, non dimeno è piccolissima per la gente che ci ueria, se fusse assai più grande.

6. Il Padre Geronimo [1] cominciando a leggere la lettione

---

a *Consumpta charta in extr. vers., hic et inferius.* — b delle delle *ms.*

---

[1] P. Hieronymus Otello.

delle feste tra 'l giorno nella nostra chiesa, et il primo giorno essendo già salito in catedra, e cominciata la lettione, ecco li canonici della madre chiesa, quelli che tengono il luogo del vescouo [1], insieme con alcuni gentil huomini principali, uogliono che in quell'huora medesima il Padre Geronimo uada a leggere nella madre chiesa, secondo il solito. Il Padre Rettore [2] uoleua che per quel giorno lo lasciassero, hauendo già cominciato a leggere. Non lo uolsero concedere; ma facendo tuttauia più istanza, fu necessario condescendere alla uolontà loro, et il Padre Geronimo lasciasse la lettione cominciata et andasse in quell'hora a leggere nella madre chiesa. Il detto Padre poi procurò con li Giurati, cioè con quelli che gouernano la città, che si concedesse ad un monaco che leggesse lui in quell'hora nella detta chiesa, contentandosi esso Padre di legger nella chiesa nostra.

7. Da qua d'ogni intorno concorreno sacerdoti a consiliarsi et a risoluersi col detto Padre, di uarie cose circa l'aiuto delle anime.

8. Sono uenuti alle uolte tutti li giudici della città alle nostre prediche, et si sono confessati da due nostri Padri, e ci dimostrano grande beneuolenza.

9. Vno delli più principali di questa città d'estimatione, di nobiltà, et di ricchezze, è talmente affettionato al Padre Geronimo, che continuamente uiene a odirlo nelle prediche, lui con tutta la sua casa, et ha pigliato tanto buon concetto di detto Padre, che non lascia di dirne ogni bene con tutti, lodandolo e di uita et di dottrina. Per il che s'è dato in tutto al gouerno suo, che possa in quello che li pare, libberamente riprenderlo, et instruirlo, e circa il far limosine sicuramente auuisarlo, che in tutto lo trouerà prontissimo. Questo pure per il passato non [a] ha dimostrato sempre buona uolontà uerso di noi.

10. Vno delli nostri Padri andando in Calabria, e predicando in alcune di quelle terre, ui fece assai frutto, e per questo restorno in quelli luoghi molto affettionati alla Compagnia, et desiderosi di hauerui delli nostri.

11. Hauemo molti delli principali della città che ci portano grande affettione, dimostrandola con uarij segni di amoreuolezza.

---

a non *supra vers.*

---

[1] Gaspar Cervantes, archiep. messanensis, ad concilium tridentinum profectus erat, quo die 18 Ianuarii peruenit. EUBEL: *Hierarchia...* III, 259.

[2] P. Pantaleo Rodino.

Richiedono alle uolte che alcuno delli nostri Padri andasse a mangiare insieme con loro in casa.

12. Vno di questi ha dato un paro di ampolle, et un' bacciletto d'argento per seruigg[io] dell'altare.

13. Il vicerè tanto faceua conto del R.do Padre prouinciale [1], che quasi nissun[a] cosa faceua d'importanza, che prima non la consigliasse con lui. Et hauendosi il detto Padre a partire per Spagna, per ordine di V. R. P., ci fu da far assai, che finalmente con sua licenza si potesse partire.

14. Subbito che si elessero gli officiali della città, con grande affettione e con gran fede, mandorno per due delli nostri Padri che interuenissero alla elettione, parendo loro che con l'interuento delli nostri, non potessi andar, se [non] bene, il negotio del dar le uoci.

15. Questi che si confessano dalli nostri, con ogni occasione si affaticano di tir[ar] altri alla confessione. Vna monacha questi giorni accesa da zelo e cha[rità], essa sola tirò quattordici persone al suo confessore.

16. M'ero dimenticato. Ci sono molti per gratia del Signore, che stanno risoluti, et molti ancora che sono mossi a lasciar le uanità, e gli inganni del mondo et cercano d'entrar nella Compagnia per seruire a nostro Signore. [*Preces postulat.*]

Da Messina, il primo di Gennaio, M. D. LXII.

Di V. R. P.tà figlio et seruo indegno

Stefano Tuccio [2].

603

P. IOANNES DIRSIUS

MONACHIO 1 IANUARII 1562 [3].

1. *Sociorum numerus. Fervet cum religiosae perfectionis amore studium litterarum. P. Rector sollemnem professionem emittit.* — **2.** *Scholae florent.* — *Alumnorum in bonis moribus progressus. Tragoedia coram ducibus et magna ho-*

---

[1] P. Hieronymus Domenech.

[2] Vide *Litt. Quadrim.* VI, 684.

[3] Ex apographo coaevo in cod. *Germ. 139*, ff. 113-114; prius 103-104 (76-77). Secundum Hansen, l. c. p. 765 exstat exemplum in archiv. colonien.

minum multitudine exhibita. — **3.** *Frequens ad sacramenta accursus per occasionem iubilaei. — Nobilis iuvenis aliorumque ex protestantismo conversiones. Aegrotis et morientibus subvenitur.* — **4.** *Principis civiumque erga socios benevolentia.*

1. IHS. Gratia et pax IESV Chri. sit semper in cordibus nostris, amen. [*Scribet breviter*]. Viuimus in hoc ducali collegio Monachij 18, ex quibus sacerdotes sunt quatuor, reliqui praeceptores, studiosi, coadiutores. Fuimus quidem paulo ante uiginti, sed ut aliis opem ferremus, unum sacerdotem ablegauimus Oenipontum, qui ibidem suppellectilia futuro collegio pernecessaria praeparet, reliquisque ita incumberet, vt proximo uere fratres uenturi, commoditate expectata non defraudentur. Faciunt omnes quotidie in sua uocatione magnos progressus; suntque perfectionis acquirendae studiosissimi: poenis tum priuatis, tum publicis quotidianos extirpant defectus; uilissima quaeque in collegio munia, propria ducti sponte, alacriter obeunt; alter alterum charitatis et sanctimoniae pia contentione anteuertere nituntur; quo sane fit, ut impresentiarum, Deo bene propitio, collegium hoc dulci quiete, internaque pace fruatur. Ad quam etiam acquirendam, haud parum excitantur animi fratrum frequenti exhortatione et colloquijs spiritualibus, quae inter sese, ex more instituto, commiscere solent, quae R.dus quoque P. Rector [1], suis exhortationibus fouere non cessat. Proximo iubileo [2] sub festa natalitia ad nos misso, omnes Patres ac fratres, praemissis ex more Societatis confessionibus generalibus, quarum non paucae totius etiam vitae fuerunt generales, magna cum animorum alacritate et spiritus feruore, sua renouarunt [a] uota, ut nouo quodam et diligentiori studio suo, quisque, tam domi quam foris, fungi deinde uisus sit officio. Exercitia scholastica domi instituuntur ordinarie in disputationibus, declamationibus et repetitionibus. Reuerendus noster P. Rector, superioribus septimanis, Augustam a P. Prouincialj [3] uocatus, solennem illhic aedidit

a renouare *ms.*

[1] P. Theodoricus Canisius.
[2] Iubilaeum pro felici exitu concilii tridentini, de quo auctor iterum paulo post loquitur.
[3] P. Petrus Canisius.

Societatis professionem [1], patronis aliquot nostris, tunc temporis magna cum deuotione praesentibus. Hactenus de collegij monachiensis statu.

2. Classium nostrarum dispositio foelicem habet successum. Scholasticorum numerus creuit ad 300, plus minus; praeceptores octo quotidie in erudienda iuuentute occupantur, et dant operam impense, ut non tam prosint scholis, quam ualde prosint literarum studiosis. Fama scholarum huius collegij totam peruagata est Bauariam, aliaque loca vicina, et augetur in dies ita, ut ex alijs Germaniae partibus huc, allatis secum literis commendatutijs, non pauci confluant ad capiendum animi cultum literasque discendas. Proficiunt sane, Deo laus, scholastici nostri quam plurimum, non solum in scientijs acquirendis, sed etiam in moribus imbuendis, ut germanorum pietatem illam auitam aliquando recuperent. Confitentur more Societatis saepe et libenter, communionis sacrae fructum frequenter percipiunt, quotidie sacro ordinario, adhibitis libellis precatorijs, et rosarijs, ut uocant, intersunt; nec non id genus pijs operibus alijs iuueniles animos occupatos tenent. Tanto amore afficiuntur erga diuinum cultum et pia studia, quae subinde praeceptores in scholis eis inculcant, ut quaecumque ex ore magistri audiunt, domi, ad uerbum quasi, parentibus, fratribus, sororibus totique familiae referant, suosque parentes extimulent filij ad frequentanda poenitentiae et eucharistiae sacramenta. Sunt inter eos qui nescio quid potius tentare uellent, quam domi carnes diebus prohibitis comedere, quamtumuis male audire et pati cogantur. Contendunt inter sese supremae et infimae sortis pueri, qui sacerdoti sacrificanti in altari astare et seruire debeant, et ad hoc obtinendum, aliqui summo diluculo ante coeteros lecto surgunt, ut locus eis non praeripiatur. Libellos haeresum uenenis infectos, clanculum amicis uel parentibus subtractos, nobis adferunt examinandos, quos si intelligant corruptos, uel dilacerant, uel Vulcano tradunt, et in hoc sese nobis obsequium praestare gaudent. Exacte tenent omnes etiam minimi, pene etiamnum infantuli, orationem dominicam, salutationem angelicam, symbolum apostolorum et decalogum; tamque bene confiteri norunt, ut diceres eos multis annis in eo opere uersatos. Prouectiores, qui nostrae disciplinae

[1] P. Theodoricus Canisius, Sti. Petri Canisii ex patre frater, sollemnem quatuor votorum professionem vovit Augustae die 14 Octobris 1561. Cf. BRAUNSBERGER: *B. Petri Canisii Epist.*, III, 256, 262, 669. Ita etiam in cod. *Hist. Soc. 147*, f. 205.

sese credunt, paulatim corruptos mores emendant, uitam in scholis nostris, tanquam sub incudem reuocant; mala consortia, iuuentutis pestes, penitus execrantur, et a nobis petunt ut ordinem studiorum uitaeque, secundum Deum gerendae praescribamus. Quod ad studia attinet, proficiunt ipsi discipuli praeclare, praestitutas dierum festorum declamationes ex ordine seruant, latinae linguae usum retinent, disputationes aliaque fructuosa studiorum exercitia recens ordinata diligenter obseruant. In proxime elapsa studiorum renouatione, aliquos ad altiores classes promouimus, quae quidem celebrata est solenni quodam ritu, recitatis orationibus, carminibus, cantu quoque musico adhibito et distributis praemiolis, quibus primum et secundum studiosos omnium classium, qui prae coeteris doctiores, et tali laureola digniores nobis uisi sunt, ornauimus. Quae praemia quia in posterum ampliora futura sunt, mirum quam uel sola eorum spe accendantur et animentur dum quisque alijs ea praeripere, et reliquis omnibus antecellere studet. Praeter haec autem publica et annua doctioribus decreta praemia, et alia subinde iunioribus qui pietate et diligentia classis suae socios superant, conceduntur, ut modis omnibus ad sanctitatem et eruditionem incitentur optimi adolescentuli. Tragoediam, virtutis et voluptatis pugnam [1], mira grauitate, satisfactione et applausu hominum, publice exhibuerunt. Haec habuit actiones sublimes et spectacula pomposa; ad maiorem ornatum adhibiti fuerunt tubicines illustrissimi principis nostri [2]. Interfuerunt autem primae actioni spectatorum aliquot milia, tam ex plebeis, quam proceribus, inter quos et ipsi etiam affuere iuniores principes, coram illustrissimo duce illustrissima uxore regina [3], praecipuaque Bauariae nobilitate; secundo acta est maiori etiam apparatu nec minori applausu. Pueri actores, aulico deinde excepti sunt conuiuio, quibus antea etiam pretiosissima quaeque uestimenta et aulea operorissima ad maiorem actionis ornatum, ex eadem illustriss. principis aula, promptissime erant concessa. Dixit quidam coram principe, ei ab intimis consiliis, haec iuuentutis nostrae exercitia optima esse media hominum animos absque seditione iuuandi,

---

[1] Cf. DUHR: *Geschichte der Jesuiten...* I, 342.

[2] Albertus V.

[3] Anna Ferdinandi imperatoris filia. Filii illis superstites erant: Guilielmus, natus anno 1548, Ferdinandus, n. 1550, Maria, n. 1551, Maria Maximiliana, n. 1552, Ernestus, n. 1554. Cf. RITTERSHUSIUS: *Genealogiae imperatorum, regum, ducum, comitum,* I, DUCES BAVARIAE; CHIUSOLE: *La Genealogia delle case più illustri di tutto il mondo*, Tavola CXXVI.

et reducendi ad graemium Ecclesiae catholicae; quod uideant suos filios publicis actionibus tam praeclare instrui moresque ad haec edoceri honestissimos, non possint non erga nos affici, et bene nobis precari, et nostris tandem consilijs ac monitis aures benigniores praebere et acquiescere.

3. Quod ad fructus spectat, quos apud exteros nostri proferunt, sunt illi non pauci nec contemnendi. More solito, conciones in templo nostro, eoque amplissimo, continuantur; auditorium est frequens admodum, concionator uerbo et uiua uoce plurimum ualet. Per hunc Domini aduentum quotidie praedicandum fuit, nec spernendus consequutus est fructus; accedente praesertim iubileo, quod summus X.[i] vicarius, pro sua pietate in foelix concilij tridentini auspicium publicari proxime fecit. Hac siquidem occasione dici uix queat quantus populus et quanta, praeter solitum, deuotione, apud nos confessus sit, et sanctissimae eucharistiae uiuum panem sumpserit. Iuuentus copiosa, nostrae aliqui disciplinae non subiecta, magnae ciuitatis admiratione, quod multis iam retro annis simile uisum hic non esset, thesauri tanti participem se reddidit. Eandem populi pietatem experti sumus hoc X.[i] natiuitatis festo; et ut ex multis quaedam notatu digna proferam, magna sane animorum nostrorum laetitia perfundimur, cum uidemus, praeter spem, quamplurimos, quos diuina bonitas sibi occulte gratos reseruat, ad nostrum collegium tanquam ad commune oneratorum azylum confugere, ut publica iam fama habeat afflictas mentes, si usquam consilijs iuuari possint, apud IESVITAS (sic enim nos uocant) uera auxilia inuenturas, sin minus de salute uel praesidio adferendo actum esse. Quam ob causam, multi conscientiae stimulis compuncti, apud nostros quaerunt antidota liberationis. Ex confitentibus aliqui ab haeresum tenebris, quibus multo tempore obducti in sordibus peccatorum iacuerunt, ad lumen ueritatis catholicae emerserunt. Inter quos quidam magnae familiae adolescens, cognita per nostrorum assiduam cathechizationem uerae fidei luce, omnium errorum uinculis excussis, maxima tum domesticorum, tum exterorum aedificatione et admiratione, ex animo ad Ecclesiae tutissimum portum confugit; generaliter peccata sua confessus est, pristinam uitam in melius commutauit; et quos antea peruertit, nunc omnibus conatibus instat, ut eos ad saniorem mentem reducat. Hic cum antehac apud scholam ciuicam (quam poeticam uocamus) lectiones uisitaret, iam se totum nostrae scholae et disciplinae subiecit. Prima conuersionis eius occasio, ut fateri ipse solet, fuit discipulorum nostrorum in sacris au-

diendis ab eo obseruata pietas et deuotio, qua re ita permotus est, ut conquiescere nequiuerit, donec familiaritatem nobiscum contraheret; et sua nobiscum circa fidei articulos dubia conferret, atque in rebus orthodoxae fidei probe iam institutus, suapte demum sponte errorum labyrinthum fastidiret; quanto autem maiori odio antea nos prosequutus fuit, tanto uehementiori amore complectitur, famam nostram a malignorum calumnijs pro sua uirili uindicat, aliosque ad nos, ut et ipsi ueritatem agnitam amplectantur, adducit. Alij qui multis annis sacram synaxim sub utraque specie sumpserunt, abiurata nunc inobedientia, Ecclesiae concordiam sequuntur. Plurimi alij concionibus nostrorum permoti, grauissima peccata, nunquam antea, partim ob ignorantiam, partim ob verecundiam et timorem detecta, nostris aperuerunt; et plaerunque totius uitae generales sunt confessiones omnes quae nostris fiunt, praesertim ab ijs qui antea non sunt apud nos confessi. Fuerunt, qui et toto uitae cursu nunquam erant confessi, sed apud nos primum poenitentiae sacramentum consequuti sunt. Matronae consilio et monitis confessariorum maritos adducunt, mariti uxores, matres suas proles et quoscumque possunt alios. Duae praeclarae virgines in lutheranismo ab infantia inde educatae (quarum alterius pater fuit unus ex haeresiarchis scriptoribus a Paulo quarto pontifici in catalogo damnatis) gloriatae aliquando sunt, se cum nostro concionatore disputaturas, sed ex primo colloquio ita fuere compunctae, ut statim animo concluserint se fidem catholicam amplexuras, et quamuis persecutiones iam pati incipiant, etiam a propria domina, potentissima quidem illa, sed haeretica, ipsae tamen minas susque deque ferentes, dominae potius famulatum sese abdicare uolunt, proprieque consulere saluti, quam diutius in tantis animae periculis uersari. Matrona quaedam tota uita in lutheranismo uixit, annos nata circiter quadraginta, sed a domino quodam ad nos missa, ut doceretur fidem catholicam, continuo magna cum animi contritione peccata totius uitae confessa, Ecclesiae se addixit, et cum catholicis communicauit. Alij tribus, quatuor, quinque annis nunquam confessi, quamprimum ad nostros accesserunt, non promiserunt solum, sed seriam etiam totius iam uitae emendationem incoeperunt. Multi sunt qui more Nicodemi [1] clam ad nos ueniunt suaque consilia nobiscum con-

[1] Cf. IOAN. III, 1.

ferunt, quod uel timore, uel etiam timore [a], libere ad nos accedere prohibeantur. Inter coeteras personas afflictione circumseptas, una fuit quae dudum in animo habuit propriam prolem de medio tollere, sed consilijs bonis in spem erecta, omnem pessimi propositi aculeum infixum penitus euulsit. Aliae quae a Sathana fuerant mirum in modum agitatae, spectrisque nocturnis multum uexatae, confessionis remedio ita fuerunt adiutae, vt iam in securo portu nauigare uideantur. Visitant nostri subinde nosocomia, in quibus tam grati sunt pauperculis et infirmis, ut non secus atque angeli ab eis expectentur, et suscipiantur, quorum etiam consolationes et saluberrima monita cupidissime amplectuntur. Accedimus etiam uocati in extremis constitutos, quibus, praeter consolationes et necessarias admonitiones, hoc quoque beneficij impendimus, ut omnibus eos sacramentis tempori praemuniri curemus, quibus alioqui, tacentibus nobis, non raro forte priuarentur. Lectio doctrinae christianae in sacello D. Nicolao sacro, nostroque collegio propinquo, more introducto bene procedit, numerusque auditorum crescit. Haec catechismi enarratio grata esse apparet, tum propter rei nouitatem, tum propter musici cantus suauem harmoniam, qua eam discipuli nostri, uariatis cancionibus illustrare solent.

4. Superest, ut aliquid dicamus de exterorum erga nos animi propensione. Et quantumuis multi sint male feriati homines qui calumnijs nos apud quosuis traducant, ac optima quaeque nostra exercitia in sinistram rapiant partem, sunt tamen plurimae utriusque sexus, tam nomine, quam potentia, celebres personae, quae nobis ex animo bene faueant. Vt ab illustriss.º nostro duce principium sumam, est is quidem noster constans et patronus et Mecenas clementissimus; probat nostrum procedendi modum, omnia fere concedit, quae ab eo petimus. Hoc biennio finito, quo hic Monachij Societas agit, multa et preciosa beneficia in nostrum collegium, si usquam aliquis princeps, pro sua heroica liberalitate contulit. Paucis ante diebus supplicem libellum de Societatis et christianae reipublicae maximi momenti rebus ei obtulimus, cuius petitioni haud abnuens negotium totum suis consiliarijs ad optatum nobis finem perducendum, commisit. Cum transactis his ante mensibus, quidam ex nostris primum sacrum solenne faceret, ad collegium cibaria duce digna una cum proprio coco, qui eadem praepararet, misit. Inuitati sunt eo die aliqui ciuitatis domini et primarij uiri, ut sua praesentia nouum

---

[a] *Sic ms., forte voluit scribere* rubore.

sacerdotem, conuiuiumque honorarent; qua quidem occasione factum est, ut contracta cum primarijs uiris illis nonnulla familiaritate, aequiores illos erga nos postmodum sumus experti, cum alias non parum a nobis alieni potuerint uideri. Saepenumero idem princeps zelum suum erga Ecclesiam catholicam ostendit, aut compescendo tumultus rebellium subditorum, qui occulte machinantur introductionem communionis utriusque speciei, aut curia sua extrudendo [a] eos quos haeretica labe nouerit contaminatos. Et ut magnatibus alijsque omnibus terrorem incuteret, ante paucas septimanas, generosum quendam et ualde potentem dominum, propter haeresim aula sua, ex improuiso deturbauit, omni plane fauore spoliatum. Taceo de sereniss.ª uxore regina, quae ut relatione fide dignorum accipimus, erga nos optime propensa est. De illustrissima matre ducis non est praesentis instituti multa dicere, cum de ea antea saepe scripserimus [1] et nulli non clarum sit eam esse heroinam catholicissimam, pauperum afflictorumque anchoram, et misericordiae operibus deditissimam, nobis uero undecunque fauentissimam. Exteri aliqui ecclesiarum praelati erga nos quam sint affecti hinc cognoscimus, quod quacumque in re nobis gratificari possunt, se paratos et uerbo, et re ipsa offerant. Cumque nostrae scholae hyemis tempore quamplurimum lignorum absumant, praepositi aliqui monasteriorum, quos opulentissimos habet Bauaria, non paucas lignorum rates (ut uocamus) in scholarum nostrarum usum gratis suppeditarunt; ne nos in re familiari dispendium aliquod pati cogeremur. Amicorum alij uitibus nouum hortum nostrum ornare gaudent; quidam altaris nostri cultum casulis alijsque donarijs amplificant; alij a nobis commendatos libenter in familiam suam recipiunt; alij alijs nos officiorum generibus cumulare laborant. Sed ne legendi mora fastidiosa trahatur, longiori dictione supersedebimus. [*Rerum exiguitatem fatetur et preces postulat*]. Monachij calendis Ianuarij 1562.

R.ᵈᵃᵉ Paternitatis tuae filius in Chro. minimus.

IOANNES DIRSIUS [2].

Inscriptio. Pro prouincia Italiae citra Romam.

---

a tumultus — extrudendo *in marg.*

---

[1] Cf. *Litt. Quadrim.* VI, 719-720; et superius p. 257.

[2] De epistolae auctore Cf. *Epist. P. Nadal,* II, 561. Notae illae videntur scriptae anno 1566. Obiit P. Dirsius Oeniponte 29 Ianuarii 1569. Cf. BRAUNSBERGER: *B. Petri Canisii Epist.,* VI, 245.

603 bis

MONACHIO AUTUMNO 1561

ORDO CLASSIUM ET PRAELECTIONUM [1].

† CATALOGUS LECTIONUM ET EXERCITATIONUM QUAE MONACI IN DUCALI SOCIETATIS JESU COLLEGIO HOC QUIDEM 1561 ANNO POST AUTUMNALEM STUDIORUM INSTAURATIONEM FIUNT.

IN CLASSE RHETORICES. Quae externos habet 13.

Hora matutina septima traduntur progymnasmata rhetoricae, quibus finitis, succedent Ciceronis partitiones.

Nona hora. Orationes graecae Isocratis proponuntur, adiuncta subinde grammatica graeca Clenardi.

Post prandium. Prima hora praelegitur Justinus historiographus.

Secunda hora traditur tertia Ciceronis philippica.

Tertia hora repetuntur lectiones ante lectae, et diligenter examinantur.

Die veneris prima hora ordinarie praelegitur primae et 2.ae classi catechismus catholicus;

Hora 3.a autem eiusdem disputatur in rhetorica.

Die sabbathi mane hora prima lectionum repetuntur omnes lectiones totius septimanae. Post prandium uero hora 1.a iterum instituitur disputatio.

Diebus dominicis declamant latine.

IN CLASSE HUMANITATIS. Quae externos habet 30.

Ante prandium 7 [a] hora leguntur Offitia Cice. et libellus quidam succinctus de copia verborum ac rerum, sed alternis diebus.

Nona hora proponitur syntaxis quaedam absoluta.

Post prandium hora 1.a traduntur praecepta grammatices graecae Clenardi, cum adjuncta epistola graeca S. Basilij Magni, pia et eleganti.

---

a *Prius* prima *del.*

---

[1] Ex apographo coaevo in cod. *Germ. 142,* f. 224; prius 243. Similes catalogi aliorum collegiorum videri possunt apud PACHTLER: *Ratio Studiorum et Institutiones Scholasticae Societatis Jesu per Germaniam olim vigentes,* I, 150, sqq.; DUHR: *Die ältesten Studienpläne des Jesuitengymnasiums in Köln.*

Secunda hora repetitur grammatica, exceptis diebus martis et veneris, quibus dantur themata componendi, et emendantur compositiones.

Tertia explicantur Horatij Sermones cum annexa prosodia Despauterij.

Die sabbathi hora prima lectionum a prandio disputatur in prima et 2.ª classe publice.

Mane uero repetuntur lectiones omnes totius septimanae auditae.

In classe grammatices prima. Quae externos habet 40.

Ante prandium 7.ª hora praelegitur prima pars grammatices Despauterij.

Nona hora explicantur epistolae Ciceronis familiares.

Post prandium. Prima hora enarrantur Vergilij Bucolica.

Secunda hora proponitur syntaxis Despauterij.

Tertia hora repetitio diligens instituitur, examinantur etiam composita themata.

Die sabbathi fit disputatio, et repetuntur lectiones totius septimanae.

In classe grammatices secunda. Quae externos habet 56.

Ante prandium 7 hora praelegitur rudiori Minerua grammatica Despauterij.

Nona hora repetitur lectio ante habita, et exercentur discipuli in diligenti declinatione.

Post prandium traditur syntaxis quaedam compendiosa pro captu huius classis puerorum, et catechismus, sed alternis diebus.

Secunda hora exercentur pueri in arte scribendi.

Tertia hora praeleguntur Aesopi fabulae.

Die martis et veneris secunda lectionum hora a prandio datur thema ad componenda epistolia. Die sabbathi fit disputatio et repetitio lectionum.

In classe grammatices tertia. Quae externos habet 63.

Ante prandium hora 7.ª memoriter recitant principia grammatices.

Hora 9 praelegitur Cato de moribus puerorum.

Post prandium prima hora eadem principia, ut supra, memoriter recitantur.

Secunda hora exercentur in arte bene scribendi.

Tertia hora recitant catechismum et discunt pedetentim loquendi phrases.

Die sabbathi ante et post prandium lectiones totius septimanae repetuntur.

IN CLASSE INFIMA. Quae externos habet 80.

Ante prandium 7 hora recitant omnes pueri tabulam, ut uocant, memoriter, aliqui literas colligunt.

Octaua omnes omnium classium pueri intersunt sacrifitio missae.

Nona hora, media pars puerorum recitat principia memoriter, et media iterum tabulam.

Post prandium 1.ª hora omnes fere discunt legere principia grammatices.

Secunda hora magna pars scribere discit.

Tertia hora omnes catechismum paruum recitant memoriter germanice, et praescripta quaedam vocabula latina discunt et recitant. Die veneris mane, et diebus festis audiunt catechismum.

Alia manu. Cathalogus lectionum scholae monacensis.

604

GUILELMUS RIBA

OCANIA 1 IANUARII 1562 [1].

1. *Sociorum numerus. Valetudo. Religiosa disciplina. Admissi in Societatem. Canditati.* — **2.** *Studentium numerus auctus; quorum multi ex diversis oppidis veniunt.* — **3.** *Cives frequentiores ad sacramenta et contiones accurrunt. Rudimenta fidei iussu P. Nadal, visitatoris, docentur. Duo sacerdotes spiritualibus exercitiis exculti. Paces initae.*

1. ✝ IHS. Muy R.do en Christo Padre. Pax et gratia Christi, etc. *[Brevem se futurum dicit.]* Estamos doze en este collegio; buenos, gloria al S.or, de salud. Los tres son sacerdotes, y tres lectores de grammática y vn estudiante [2]; los demás se occupan en los officios de casa, [*Cuncti ad perfectionem tendunt.*] Anse rescibido dos hermanos: vn estudiante que oýa en nuestro

---

[1] Ex autogr., ut videtur, in cod. *Hisp. 99,* f. 9; prius 400. Praecedunt bina exempla latina in ff. 7, 8.

[2] In catal. collegii, qui exeunte anno 1561 scriptus videtur (cod. *Tolet. 12.a,* f. 124) recensentur tres sacerdotes, P. Carrillo, Rector, P. Castañeda, P. Ioannes Alonso; tres grammatices lectores, fratres Ioseph Guimerá, Muñoz et Riba; et fr. Christophorus de Lobera, scholasticus.

collegio [1], acabado ya el curso de artes, y otro hermano coadiutor; los quales dan buen exemplo y edificatión de sí en sus probationes. Otros también lo desean. Cumpla nuestro Señor sus santos [a] deseos, como para mayor gloria suya fuere.

2. Los estudiantes an crescido este año más quel passado en número, virtud y deuoción; viniendo muchos forasteros de diuersas partes, los quales en cuidado y buen exemplo tienen contentos a sus maestros, y edificados a los del pueblo; y quanto más vaya, vernán más, porque hallan mejor aparejo para camaristas y porcionistas que hasta aquí.

3. Los Padres se occupan en sus sermones y confessiones, auiendo más concurso que antes, y abría mayor, si vuiesse Padres que pudiessen satisfazer a la deuoción de todos. Confiéssanse de ordinario 160, pocos más o menos, vltra de los estudiantes, que cada mes se confiessan más que çiento; muchos de los quales, assí estudiantes, como otros, se confiessan generalmente, y freqüentan los diuinos sacramentos. Los sermones de los nuestros se oyen con más acceptatión que antes, aunque siempre huuo mucho concurso, y no sin claro fruto, viniendo algunos después a confessarse. Agora se dize los domingos y fiestas la doctrina christiana por orden del P.e Nadal, con cuya visita fuimos todos consolados y ayudados en el Señor [2]; lo qual no es poco contentamiento y edificatión tener quien tan de grado [b] les adoctrine y enseñe sus hijos. Dos sacerdotes han hecho los exercitios, vno de los quales era persona principal deste pueblo; diole Dios nuestro S.or muchas lágrimas y sientimiento, con cuyo buen exemplo, que después ha dado, otros están también mouidos a lo mesmo. También se ha entendido, como se suele, en hazer pazes; y entre otras cosas, se alcançó perdón de la muerte de vn hijo. [*Preces postulat.*] De Ocaña primero de Henero 1562. Por commissión del P.e Rector. D. V. P. hijo indigno en el Señor.

GUILERM RIBA [3].

---

a s.tos *supra vers.* — b *Litt.* r *supra vers.*

---

[1] In catal. paulo ante citato enumerantur, fr. Ioannes Díaz, sedecim annorum, qui in Societate mensem cum dimidio fuerat, et artium cursum perfecerat, et fr. Rodríguez, qui ante duos menses cum dimidio Societatem erat ingressus.

[2] Cf. *Epist. P. Nadal,* I, 642 sqq.

[3] De eo in catalogo, qui mense Novembri 1561 scriptus videtur, dicitur: « El hr.o Riba, de 27 años poco más o menos, poco más de vn año [de Compañía], lector de mayores; ha oýdo artes, y sabe dellas medianamente; es

605

ERASMUS VOLCHERUS SAXO

PANORMO 1 IANUARII 1562 [1].

1. *Socii eorumque occupationes. Viget disciplina religiosa, quam P. Rectoris adhortationes fovent.* — **2.** *Duo admissi in Societatem; plures admitti cupiunt.* — **3-4.** *Contiones in diversis locis, et alia ministeria erga proximos fructuosa.* — **5.** *Sociorum existimatio apud plebem et primores.* — **6.** *Scholarum status.*

1. † La pace di Dio nostro signore sia sempre nell' anime nostre. [*Brevis erit*]. Siamo donque in tutto 52, posti dalla somma clementia a raccoglere i frutti di questa sua vigna; tra quai dieci ne sono sacerdoti, laici quaranta doi; l' occupationi de quali V. R.da P.tà succintamenta intenda. Tre sacerdoti tutto il tempo in odir confessioni spendono; gli altri quattro, benchè spesso anche loro intendono, non di meno in altre cose sono occupati; et questi sono il P. Rettore, P. ministro, P. predicatore; il quarto espone i rudimenti grammaticali a fanciulli [a]. Degl' altri, uno tien cura di nouitij, l' altro in domestici negotij occupato, l' altro tosto al fego [2] si mandarà. Son i laici quaranta doi, cinque ne sono maestri, e diecinuoue danno opera alle lettere, de quali sedici stanno nella casa di nouicij, gl'altri nel collegio uiuono; uno s' essercita nell' officio del sacristano, gl' altri diecisette, quai alcuni nel collegio, altri nella uignia, parte nel fego in uarij officij necessarij et mistieri menan sua uita. Tutti sino [b] hora per la Dio gratia son stati sani, et ancora [c] sanità

---

a *Prius* fanchiulli. — b *Prius* in sino. — c *Del.* di.

---

buen latino; [talento] de leer gramática o rethórica »... (cod. *Tolet. 12 a*, f. 125). Et in catalogo defunctorum Provinciae toletanae usque ad annum 1565 dicitur: « H. Guillén Riua de Barcelona murió en Toledo yendo de camino para el collegio de Córdoua a leer latín en Abril de 62. Auía entrado en Junio de 60 ». (Ibid. f. 36).

[1] Ex origin. ut videtur *(A)*, in cod. *Sic. 181 - Sic. 182*, ff. 250-251; prius 47-48. Exstat aliud ex. *(B)* in ff. 254-255, in quo sunt accuratius scripta aliqua verba.

[2] Feudum scilicet, seu praedium collegii.

fruiscono, eccetto un Padre, il quale è da una leue febriciuola oppresso. [*Omnes ad religiosam perfectionem annituntur, etiam novicii sub Patris Elpidii Ugoletti directione*]. Il R. P. Rettore [1] non ha intermesso i priuati ragionamenti della sesta feria; ha anco [a] egli incominciato a dechiarar le nostre constitutioni, d'onde speriamo douer prouenire gran frutto.

2. Doi in questi quattro mesi sono ammessi nella Compagnia, l'uno de quai è huomo di matura età, della gran corte procuratore, homo d'autorità et essistimatione; la cui intrata, et ammiratione insieme, et edificatione senza dubio apporta [2]. L'altro, certo giouane di buona speranza, il quale ha doi fratelli, quai sotto l'imperiale insegna del Saluatore militano nella Compagnia, et il lor padre dal R. Prouinciale P. Girolamo Domenech ammeso nosco uiue in questo collegio [3]. Molti altri sono, che con infiammati desiderij dimandano d'esser riceuuti, non di meno per essercitar la loro constanza non gli è concessa potestà d'entrare; si riceueranno penso, s'el reuerendo P. Prouinciale Ribadiniera, il qual di giorno in giorno con desiderio aspettiamo, uerrà tosto [4].

3. Gli essercitij che si soleuan fare nella nostra chiesa, mai si sono tralasciati; imperochè le domeniche et giorni festiui la mattina et dopo pranso si predica; alle quali gran multitudine di giente suol concorrere, et più ne uerrebeno, se la chiesa fosse alquanto più capace. Ogni uenerdì ancora il R. P. Rettore con frequente audienza dechiara la dottrina christiana; et non solo nella chiesa nostra s'apre la parola de Idio, ma anche in uarij

---

a *Prius* hanco.

---

[1] P. Paulus de Achilles.

[2] Fuit is Ioannes Lucas La Ferla di Lentini, ut colligitur ex catal. Provinciae siculae anni 1567, in cod. *Sicul. 59*, f. 165.

[3] Quisnam hic alter novicius fuerit, certo invenire non potuimus. Probabiliter tamen indicatur Gaspar Oliverio, qui in catalogo collegii panormitani ineuntis anni 1565, dicitur ingressus anno 1561 (cod. *Sicul. 59*, f. 144); eiusque pater fuisse videtur Ioannes Antonius Oliverio, de quo in catal. Prov. siculae anni 1567 (ibid. f. 161) dicitur: « Gio. Antonio Oliuerio di Siracusa di anni circa 55. Sono anni circa 6 che è nella Compagnia. Lasciò la moglie in un monastero et entrò con tre figli nella Compagnia... » Hic secundum Aguilera (*Provinciae siculae Soc. Iesu ortus*... I, 211) decessit anno 1572 Panormi peste consumptus.

[4] P. Ribadeneira dicit se pervenisse Messanam die prima Martii 1562 et Panormum die decima sexta eiusdem mensis. Cf. *Ribadeneira*, I, 74.

lochi, andando il P. nostro predicatore [1] spesse fiate nella settimana in diuersi monasterij di monache ad esponere il uerbo diuino; il che et altri ancor fanno non solo ne monasterij, ma nelle prigioni et hospitali. Le confessioni et communioni son tante, che per grande ammiratione son quasi astratto, et questo magiormente considerando l'angustia et strettezza della chiesa, et il numero de gientilhuomini che qui per cagion di confessarsi concorrono. Il che s'alcuna festa si celebra, mirabil certo quanto sia piena la nostra chiesa di coloro che per la confessione desiderano uotar il sacco da peccati della conscientia, et di sì fatta maniera che fa mistiero di porre cura che coloro che li piedi delli confesori circondano, non odino i peccati del confitente; e questo principalmente in queste quattro domeniche s'è uisto, ne' quai è stata una gran copia di confitenti; et il giorno del Natale poco più o meno di seicento persone, premessa la confessione, si communicorno in nostra chiesa. Spesse fiate ancor i nostri odon confessioni ne monasterij, prigioni [a], hospitali et in priuate case di primarij, da quai son chiamati [b]; donde non poco frutto dell'anima et giouamento han riportato, instituendo alcuni meglior ragione di uiuere, fra i quali fù una gintildonna matrona, la quale fermamente proposto s'haueua di commettere adulterio con un suo parente; confessata che fù da nostri, mutò il suo scelerato proposito, prometendo de mai uoler tel cosa commettere. Vn'altra ancora che per dieci anni haueua tenuta una cosa d'una nobile matrona nascosta, nè mai nè per se, nè per altri adducersi poteua che la rendessi, quella hora per mezo d'un nostro sacerdote la restituì. Fu ancora un altra signora, la quale era separata dal suo marito; hora per l'agiuto d'un de nostri ritornò in gratia sua, et ogni discordia già deposta, in pace uiuono. Altri che per molti anni non s'eran confessati, per la confessione, intermezo i nostri, a Idio si son reconciliati. Vn giouane, di lungi haueua hauuto consuetudine con una giouane, et hauendo tutti i suoi beni, senza saper nulla il padre, già sprecato, promettè al fin di torla per moglie; il che non sofrendo il padre, per nissun modo si poteua persuadere che consentisse; fù dopo placato da un de nostri, et con

[a] *Del.* et. — [b] *Emend. ex* chiamato.

[1] Per id tempus contionator ordinarius erat P. Carolus Faraone, qui non multum gratus populo erat, ut dicitur in cod. *Sicul. 59,* f. 136.v Cf. etiam *Ribadeneira,* l. c. 476.

sua approbatione il matrimonio si fece. Molte elemosine furno da nostri Patri et deuoti raccolte [a], et a bisognosi distribuite, di tal maniera, che quanti poueri quì si ritruouono, al nostro collegio per cagion del bisogno, come ad uno asylo et securo luogo concorrono. Di giorno in giorno più che mai il numero de deuoti s'acresce, nè meno forse l'augmento spirituale; il che da quì appare, che tanto sono infiammati del zelo [b] dell'anime, che a nissuna fatiga non si sottomettono, acciò possino gl'altri alla confessione et predica tirare, et sono pronti a perdonar l'offese, consolar gl'afflitti, uisitar gl'infermi et agiutare i poueri [c].

4. La congregatione ancora da nostri instituta, in giorno si augmenta, non tanto in numero, quanto in boni et pii costumi. A i giorni passati alcune nobile matrone han fatto l'essercitij spirituali, come è solito della Compagnia; donde non mediocre utilità hanno riportato frequentando le prediche, lettioni et i sacramenti della confessione et communione nella nostra chiesa. Dieci monache anchora han pigliato li medesmi essercitij, et generalmente hanno scoperto al confessore i suoi peccati, et meglio hora che prima uiuono. Di quel monasterio, il quale per opera nostra fu fatto [1], noue uergini han fatto professione, et due si sono nelle probatione accettate [d]. Molte altre ancor sono che a malgrado de parenti in quello a Idio bramano dedicarsi. Sino hora non si sono riceuute [e] per la stretteza et angustie del luogo, et però con speranza si detengono, sino che si ponga fine all'edifitio che nel predetto monastiero è incominciato, qual finito, ducento cinquanta monache commodamente ui potranno stare. I nostri sacerdoti son spesso chiamati da diuersi monasterij acciochè iui predichino et odino confessioni. Non si può, non di meno, a tutti sodisfare, per caristia di quelli, i quali nella chiesa nostra sono occupati, et con uerità si può dire che abondante sia la messe, ma l'agricoltoi et oprarij molto puochi [2].

5. Buon odor de nostri appresso tutti si spargi, et principalmente i nobili ben di noi sempre parlano, et ci sono molto af-

---

a raccolti *A* — b zelo *in marg.* — c *Prius* puoueri. — d accettati *A.* — e riceuuti *A.*

---

[1] Monasterium Sti. Ioannis del Roglione (de Ruchono). Cf. POLANCUM: *Chron.* IV, 209.

[2] Cf. MATTH., IX, 37.

feccionati; il che da questo si può chiaramente uedere, che il reuerendo P. che tiene il luogo del'arciuescouo [1], il qual dopo la predica che hebe al vicerè, dalla viceregina interrogato quel che di noi sentesse, in queste parole (come da un nobil cortigiano dipoi inteso habiamo) proruppe: Mi piace il lor instituto, uita et conuersationi, et in questo, certo, più la diuina bontà et clemenza si dimonstra, che già andando in ruina, et mancando l'altre religioni, mosso habia questa santa Compagnia, acciò per lei questo infelice infortunio all'antico stato si restitua [a], et la fede cattolica se conserui.

6. Le nostre scuole, acciochè tacitamente non li passi, si ritrouuono in mediocre stato, non però come uorressimo; perchè i studenti di subito che alla grammatica hanno atteso, et quella alquanto conseguita, sogliono a gl'altri studij, come di lege ouer medicina, ascendere [b], et molto puochi son quelli che odono le leccioni d'humanità et rhetorica. Perchè principalmente à quei studij et scienze attendono, dalle quali qualche frutto possino conseguire. Di quall'infirmità non solo quì, ma ancor altroue, la magior parte di studianti è infettata. Non è nondimeno da contristarsi del numero et progresso de scolari; imperochè [c] sono più o meno di 200; et tanto nei studij, come nei buoni costumi, fan profitto; danno buona di se speranza, et solleuan gl'animi contristati degli institutori, et consolano. Del resto le leccioni che in ciascheduna di queste classe si lege [*sic*], et a' quali i nostri fratelli studino, dal catalogo che con queste mandiamo a pieno l'intenderà [2]. [*Preces postulat*].

Di Palermo, al 1 di Gennaio 1562.

Di V. R.da P.tà indegno in Christo figliolo

ERASMO VOLCHERO SAXO [3].

---

a si restitui *B*. — b ascendere *in marg.* — c imporo che *A*.

---

[1] Franciscus Orozco de Arce archiep. obierat 11 Oct. 1561. Huic successit Octavianus Praeconius, electus 18 Martii 1562. EUBEL: *Hierarchia.*

[2] Hunc catalogum non invenimus.

[3] Vide p. 485.

606

P. RAPHAEL PELEGRIN

TOLETO 1 IANUARII 1562 [1].

De domo recens empta. — De frequenti usu sacramentorum.

✝ Ihus. Muy R.do P.e n.o en X.o Gratia et pax X.i etc. [*Pauci operarii multitudini negotiorum satisfacere nequeunt. Disciplina religiosa viget.*] Quanto a lo material, el S.or se ha dignado [a] darnos vna casa en el mejor sitio de la çiudad, y muy al propósito. y con muchas comodidades para nuestra habitaçión. Está en la misma plaça que se llama de Sant Saluador, a la qual nos empeçamos [b] ya de mudar; de que no poco se an consolado todos los buenos, por parescer que será mucho el fructo que dende allí podrá hazer la Comp.a; y aunque para comprarla no auía ayuda de fundador particular, muchos con grande alegría y amor contribuyeron para la compra della. Cuesta con vna accesoria, que está junto a ella, quatromill y quatrocientos ducados; y lo que mucho nos ha consolado, es que ningún monasterio, aunque están hartos al rededor, ha hecho recistencia, ni puesto impedimiento [c] alguno, antes paresce que todos con mucha alegría nos han dado el parabién, y se an holgado mucho in Domino [2].

La freqüencia de los sacramentos va siempre cresciendo, tanto que en tres semanas an comulgado mill personas, pocas más o menos, en nuestra yglesia; y no solamente los domingos, mas aun entre semana, ay mucho concurso de gente en nuestro collegio, que vienen principalmente los días de fiesta a tomar instructión spiritual de los P.es de casa. [*Reliqua consueto modo procedunt. Patres solitis ministeriis vacant*]. De Toledo y de Henero 1º de 1562 años.

De V. P.d hijo indigno en el S.or

✝ Raphael [3].

---

a *Del.* de — b *Emend. ex.* empesamos. — c impedimj.o *ms.*

---

[1] Ex origin. in cod. *Hisp. 99,* ff. 16,17; prius 130. Praecedunt duo exempla latina in ff. 12-13, 14-15.

[2] In hac domo nostri ad annum 1569 habitarunt. Tunc, aedibus comitis de Orgaz emptis, hanc Bernardino Zapata, toletano canonico, vendiderunt, qui in ea collegium D. Bernardini, pueris educandis, exstruendum curavit. Cf. Alcázar: *Chrono-historia,* II, 252 (an. 1569).

[3] Vide p. 334.

607

P. ANTONIUS LAREZ

ABULA 2 IANUARII 1562 [1].

1. *Religiosa disciplina domi consuetis praesidiis sedulo fovetur.* — **2**. *Apud externos usus sacramentorum crescit.* — **3**. *Fervidae contiones P. Rectoris avide excipiuntur. Explicantur de more fidei rudimenta. Carcer et nosocomia visitantur.* — **4**. *Morientibus assistitur fructu singulari.* — **5**. *Paces difficiles nec paucae componuntur. Quibus ex rebus alii Societati opitulantur, alii seipsos tradere cupiunt.*

1. ✝ Ihs. Muy R.do en Chro. P.e Pax Chri. etc. [*Solita exercitia peraguntur.*] Hase procurado con gran diligencia la obseruancia de las reglas, ansí comunes, como particulares de los officios, a cuya causa ha auido siempre buen orden en todas las cosas, auiendo cada día vna hora de conferencia de letras scholásticas, y vn domingo conferencia de casos, y otro de cosas spirituales, y todos los viernes pláticas de las reglas. También ha auido freqüente vso de disciplinas en refitorio, y otras poenitentias, con las quales, y con continua oración, exámenes y mortificación siempre van adelante en toda perfectión.

2. Con los próximos se han ofrescido muchas ocasiones para los poder ayudar, especialmente en confessiones. Las continuas van siempre cresciendo; en especial para la paschua de Nauidad se confessaron quasi quatrocientas personas, y lo ordinario es auer vnas semanas a 100, otras a 200. [*Ex quibus non poenitendus fructus decerptus.*]

3. A los sermones del P.e Rector [2] acude siempre mucha gente, y ay siempre en ellos muy particular moción del Spíritu Sto., que mueue siempre a los oyentes, mediante el mucho feruor y viuo spíritu que su diuina magestad le ha dado. También la doctrina christiana se ha començado los domingos en las tardes; la qual oyen muchos con particular deuoción. Predícase también en la cárcel, y ésta se ha visitado muchas vezes

[1] Ex autogr. in cod. *Hisp. 99*, f. 21: prius 174. Praecedunt in ff. 18, 19, 20, tria exempla latina subscripta a Petro Martínez a Buxento.

[2] P. Gaspar de Salazar.

per auerse offrescido negocios en ella, de los quales particularmente se ha seruido el S.[or], consolando algunas almas muy necessitadas, y esforçándolas a padescer de buena gana [a] por sus delictos. También se han consolado los pobres de los hospitales, siendo visitados por los de casa.

4. El ayudar a morir ha sido muchas vezes necessario, y no menos prouechoso. Con vn marqués especialmente se sacó no poco fructo; porque siendo casa donde toda la ciudad entraua y salía, y estando 4 Padres tres noches velándole, se offrecieron muchas occasiones no solo de ayudar al que estaua en el tránsito, pero tomando de allí materia, se ayudaron los que acá quedauan, y muchos que aun no entendían las cosas de la Comp.[a], se ofresció opportunidad para declarárselas; y assí en especial los señores de aquella casa quedaron particularmente afficionados, y lo han mostrado en algunas cosas que después acá se han offrescido.

5. Amistades también se han hecho muchas; en especial ha dado el S.[or] tanto talento a vn Padre, que ningunas ha començado a tratar, con auer en muchas grande difficultad, que con su buen modo de prudencia y suauidad no las aya concluído. Aurán sido más de 12, sin otras algunas que el P.[e] Rector y otros Padres han concluído a gloria del Señor. De todas estas obras resulta siempre buen odor de la Comp.[a], y algunos principalmente se mueuen de nueuo a fauorescerla con sus limosnas; otros se han mouido a ser de la Comp.[a]. Cada día esperamos a nuestro P. Nadal para que ansí esto, como otras cosas, concluya, que serán para gran augmento deste collegio [1]. *[Preces postulat.]* De Áuila a 2 de Henero de 1562.

De V. R. indigno hijo

✝

Ant.º Lárez [2].

---

a *Del.* y.

---

[1] P. Nadal Abulam pervenit die 11 Ianuarii. Cf. *Epist. P. Nadal,* I, 652.
[2] Vide p. 115.

608

P. HENRICUS BLYSSEMIUS

PRAGA 2 IANUARII 1562 [1].

1. *Sodalium numerus. Pia inter sese aemulatio de Exercitiis S. P. Ignatii peragendis, nec minor de precibus asperisque paenitentiis multiplicandis pro Ecclesiae necessitatibus. Patris Lanoyi exemplum et adhortationes fervorem auxerunt. Moritur P. Lucas Molitor.* — **2.** *P. Paulus Hoffaeus Viennam rector designatus proficiscitur.* — **3.** *Trium noviciorum dotes.* — **4.** *Studia litteraria novis lectionibus et exercitationibus aucta. Ampliores aedes pro numero convictorum desiderantur.* — **5.** *Templum nostrum a civibus frequentatur et supellectile ornatur, praesertim a domina Fuggera, augustana. Novus catechismi tradendi modus audientes allicit.* — **6.** *Contiones et crebrae et gratae, etiam aulicis, habentur: quo fructu. Alia erga proximos ministeria.* — **7.** *Quae omnia vicissim Deus imperatoris, principum, aliorumque primorum benevolentia remuneratur.*

1. † Pax Christi. R.de Pater in Christo. [*Epistulae ordo.*] In hoc igitur collegio uiginti quatuor, modo prospera (laus Deo) ualetudine fruentes, uersamur. Verum e sacerdotibus, qui sumus quatuor, unus non ita dudum, magna deuotorum hominum frequentia, suas Deo primitias pie consecrauit [2]. E fratribus etiam nonnulli spirituales Societatis meditationes nuper multis precibus obtentas foeliciter, ac tanto fructu, quanta suarum animarum consolatione, perfecerunt. Hinc et alij plerique gustare cu-

---

[1] Ex apographo coaevo Romam misso, in cod. *Germ. 139,* ff. 53-54; prius 260-261 (271-272). In hoc exemplo desideratur annus. Est aliud exemplum in eodem codice, ff. 115-116, in quo clare legitur in fine: 3 Ianuarii 1562. In archiv. colonien. (cod. *J. J. 721,* ff. 131-132) est versio germana huius epist., data die 30 Decembris 1561. Concordat cum exemplo latino. Desiderantur tamen in versione germana ea quae de carcerum et hospitalium visitatione dicuntur.

[2] In catalogo collegii pragensis 3 Ianuarii 1562 scripto censentur, praeter P. Blyssemium, rectorem, PP. Christianus Rivius Halensis, Ludovicus Barkelius, flander, et Balthassar Pharkirchensis, bavarus (Cod. *Germ. 131,* ff. 312-313). Neosacerdos, erat Lud. Barkelius. Cf. *Lainii Monum.* VI, 102.

pientes quam suauis sit Dominus [1], assidua quadam interpellatione easdem expetiuerunt meditationes. Veruntamen id possum affirmare de omnibus, quod in petendis, peragendisque poenitentijs ita frequentes et alacres hactenus extiterint, et etiamnum existunt, hoc sacro praesertim [a] aduentus tempore, ut freno potius, quam stimulo uideantur indigere. Neque enim satisfactiones pro suis erroribus humiliter ac sponte subire, uel etiam externa piaque negotia precibus assiduis Deo commendare satis esse ducunt, quin insuper uicibus tamen diuersis, pro foelici Galliae statu, pro bono concilij successu, pro incolumitate et magnis R. P. V. ac R. P. Prouincialis [2] negotijs ac laboribus, ad disciplinas, cilicia, ieiunia, preces poenitentiales, et quaeuis alia pietatis opera sese frequenter offerunt. Hunc collegij feruorem R. P. Lanoyus non mediocriter promouit et auxit, quando nuper ex itinere huc diuertens, nos pie consolaretur, ac tam frequentibus, quam religiosis exhortationibus in omnibus, quae nostrae sunt uocationis, confirmaret. Caeterum ut aduersitate consolatio, ac risus dolore solet misceri, ita discessum Patris Lanoij pia mors Patris Lucae [3] statim consecuta est. Cuius corpus pro more Societatis deuote, nec absque magna discipulorum et extraneorum hominum turba, et aedificatione sepultum est.

2. Paucis hinc interiectis diebus, R. P. Paulus [4], huius collegij rector, s. obedientiae literis Viennam euocatus est. Quo priusquam se conferret, singulos Patres et [b] fratres exosculans, non sine multis lachrymis ab omnibus collachrymantibus filijs suis, ueniam humiliter petiuit. Vnde, mirabile dictu, quanto fraternae dilectionis, humilitatis et religiosae pietatis desiderio nostrorum animi fuerint inflammati. Non enim hic pie duntaxat [c] admonitiones, aut uerba consolatoria, sed etiam uiua quaedam uirtutum effigies apparuit, qua et paternum animum et affectum luculenter testatus, sic omnes plurimum in hac nostra uocatione confirmauit.

---

a praesertim *in add. in marg.* — b et *supra vers.* — c dundaxat *ms.*

---

[1] Cf. Ps. XXXIII, 9.
[2] P. Petrus Canisius.
[3] P. Lucas Molitor. Cf. *Lainii Monum.* VI, l. c.
[4] P. Paulus Hoffaeus missus est Viennam rector collegii. Cf. *Lainii Monum.* VI, 106.

3. Insuper nouitij germani tres uehementer urgent et obsecrant, quo sibi nostrum institutum amplecti liceat. Vnus eorum utcunque rebus grammaticis imbutus, sed germanicae scripturae peritissimus, ac magnis utriusque hominis dotibus praeditus est [1]. Alij duo in his omnibus excellentiores sunt; quorum alter, latine, germanice, italice, ungarice, sclauonice quam optime loquitur [2]. Deus eos uoti compotes reddat, et conseruet in eis, quod operatus est [3].

4. Verum, ut pauca deinceps attingam de studijs, adeo etiam illa, quae sunt collegij priuata non omittuntur, ut praeter domesticas quasdam lectiones, quae fiunt quotidie, repetitiones ac disputationes de singulis propemodum scholae lectionibus habeantur. Id eo quidem maiori fructu et alacritate fieri uidetur, quo maiora studiorum incrementa nostrae scholae iam accesserunt. Nam, ut nouus lectionum catalogus demonstrat, ab ultima studiorum innouatione non modo constans et solita linguae graecanicae lectio ita uiguit, ut nihilominus discipuli, quam fratres nostri, tam stilo, quam lingua paulatim graecari audeant, uerum etiam dialectica, mathematica, et haebraica studia foeliciter, nec infrequenti studiosorum numero coepta sunt. Et cum studiorum innouationis inciderit mentio [a], non omnino praetereundum uidetur, quod [b] duobus theologice, ac todidem diebus mathematice, dialectice, ethice et oratorie, nec infoeliciter, Dei gratia, sit disputatum. Ac ne rudi uulgo sua quoque consolatio deesset, insignem quandam et sacram Adami protoplasti comoediam, spectante maxima doctorum, nobilium, et omnis generis hominum multitudine, per nostros discipulos, tanto omnium fructu, quanto applausu exhibuimus. Multis enim actio illa, non modo singularem deuotionem attulit, sed copiosas etiam, ut in-

[a] mensio *ms.* — [b] *Del.* in

[1] In catalogo paulo superius citato censetur Sampson Leb, viennensis, « novitius in Societate per unum mensem », de quo in catal. mensis Martii 1563 (in eod. cod. f. 317v.) inter alia dicitur: « Optime scribit litteras germanicas;.... habet praxim rerum aulicarum et cancellariae ».

[2] In eodem catalogo anni 1562 recensetur « Thomas Carniensis [alias dicitur schlavus] nouitius nunc admissus maximae spei, vt videtur, robustus corpore, peritus multarum linguarum, scilicet latinae, germanicae, bohemicae, hungaricae, schlauonicae ». Nullum dubium esse videtur quin de hoc sit sermo.

[3] Ex annotationibus praecedentibus apparet illud « urgent..... quo sibi nostrum institutum amplecti liceat », intelligi debere « modo stabili » seu « votis emissis ».

telleximus, lachrymas excussit. Noua deinde studia, noua quoque tam praeceptorum quam studiosorum diligentia, quod in utrisque satis apparet, inchoata sunt; cum nostrae classes iam et plures et pleniores cernantur. Hic ego de festorum ac dominicorum dierum oratorijs ac poëticis declamationibus, de scholasticis disputationibus, deque nouo quodam puerorum in cantu, tam figurali, quam simplici, profectu nihil referam; quamuis haec omnia non grata minus, quam fructuosa bohemis existant. Neque nunc uerba faciam de nouo studiosorum S. C. M. alumnorum collegio, in quo 37 lectissimi magnaeque spei iuuenes ita diligenter pietatis, ac literarum studijs promouentur, ut tam pragenses, quam extranei magnates, quos bonus ille boni rumoris odor affecit, filios, uel cognatos pueros in illud collegium tradere modis omnibus contendant. Veruntamen hactenus angustia loci factum est, ut multi repulsam inuiti paterentur, quamuis a nobis hac spe discesserunt, ut, quando maior domus commoditas fuerit, sui uoti compotes euadant.

5. Quod uero spectat ad cultum diuinum, externaque christianae pietatis opera, illud initio dixerim, quod templum nostrum, licet aedificio non splendidum nec amplum, nec aulaeis ornatum sit, in dies tamen magis frequentatum cernitur, non solum a communi populo, uerum etiam a magnificis ac nobilibus hominibus, quos partim diuini cultus deuotio, suauisque melodiae cantus, partim Dei uerbum huc attrahit. Sunt inter eos nonnulli, qui templum non modo frequentant, sed etiam imaginum, sacrarum uestium, et pecuniarum donarijs plurimum exornant. Nam, ut de pragensibus ac sane pijs matronis taceam, etiam homines extranei nonnunquam offerunt ac largiuntur templo nostro sacra munera. Exemplo est augustana quaedam et magnifica domina Fuggera [1], quae inter alios, hunc etiam fructum e concionibus R. P. Prouincialis reportasse uidetur, ut cum alijs in Germania collegijs nostris, tum huic pragensi uestes sacras, et quidem praeciosissimas, ad peragendum missae sacrificium comparatas nuper dicauerit. Vnde fit, ut quantumlibet humile, uetustum, et collapsum sit templum, decenti tamen, quin splendido dicam, ornatu non careat. Accedit huc nouus, pius, ac popularis tradendi catechismi modus, quo non minus auditorum deuotio, quam numerus creuisse uidetur. Ac quo rectius, quis ille sit modus intelligatur, dominicis diebus, postquam in templo vespertinae

---

[1] Videtur indicari Ursula de Lichtenstein, Georgii Fuggeri uxor. Cf. Braunsberger: *B. Petri Canisii Epist.* III, 653.

preces absolutae sunt, et concionator explicandi catechismi causa suggestum ascendit, quatuor pueri studiosi, iuxta suggestum, sed aduersis sedibus ita collocati adsunt, ut priores duo germanicis, alij duo bohemicis interrogationibus ac responsionibus memoriter, prompte, ac luculenter, auscultante, quin et admirante populo, doctrinam christianam recitent.

6. Conciones etiam crebrae, magnoque fructu auditorum a nostris Patribus habentur, non solum in templo nostro, sed etiam apud S. Iacobum, ut iam a ferijs natalitijs fieri coeptum est, et in arce coram S. C. M., ut accidit per multas hebdomadas, postquam S. C. M. Pragam uenit. Et quam illae fructuosae conciones fuerint, praestante Deo, uel hinc abunde colligitur, quod S. C. M. eas saepe cum suis aulicis collaudauerit, magnam concionatoris doctrinam, nec minorem, ut aiebat, feruorem admirans. Vnde licet ordinarius eius concionator uenisse, aut uenturus diceretur, illi tamen Societatis Patri S. C. M. per suum sacellanum commisit, ut aliquot adhuc uicibus concionaretur. Adeo quoque lutheranis auditoribus illae qualescunque conciones placuerunt, ut quidam non uulgaris doctrinae, nec infimae sortis, sed insignis lutheranae prauitatis assecla, multis precibus apud nos contenderet, ut si non omnes, unam saltem ex illis concionem a nobis scriptam haberet, quo suis eam, ut dicebat, expensis, ad maiorem Dei gloriam, ac spiritualem hominum utilitatem praelo committeret. Sed ut solus Deus, omnium bonorum fons et author, haec per inutiles seruos efficit ac praestat, sic eo duntaxat [a] fine, ut par est, scribuntur, quo diuinum solius ipsius nomen aliquatenus hinc magnificari queat. Quod uero poenitentium plus minus 300 numerus his mensibus fuerit, magisque paulatim augeatur, una e praecipuis causis illa uidetur quod non solum magna ciuium ad nos turba confluat, sed et D. praelati suos sacerdotes et sacellanos, et uiri magnifici suas familias, et hospitalium praefecti suos pauperes, ad nos confessionis ergo mittant; et quod magni Ecclesiae primores, magnorumque principum ac dominorum confessarij ac patres spirituales uelint ac cupiant esse nostri filij, quodque uiri boni proximos suos, oblata occasione, plerunque soleant confitendi gratia ad nos dirigere. Cuius rei, si libet exemplum audire, cum istis diebus duo S. C. M. doctores, unus medicus, alter iurisconsultus, sed ambo extranei, inter se de confessione loquerentur, atque medicus dubitaret ubinam spiritualem animae suae

---

[a] *dundaxat ms.*

medicum reperire posset; huic iurisconsultus: An tu nescias, ait, Pragae Societatis IESV Patres esse? Tum ille: certe non memineram: quam primum licebit, eos hac de re conueniam. Huius rei gratia nonnunquam ad infirmos, praesertim nobiles ac primarios Bohemiae satrapas, uocamur. Vnde, cum nuper unus e Patribus nostris quendam baronem pijs instructionibus et admonitionibus confirmasset, donec in Domino moreretur, eius cognati munera, suaque nobis obsequia gratissimis animis obtulerunt. Insuper octo non uulgaris existimationis homines, abiurata haeresis prauitate, nostrorum Patrum opera gremio s. matris Ecclesiae redditi sunt. Quidam etiam sacerdos, qui uentri longo tempore seruierat, ac nefario concubitu publicam infamiae notam annis octodecim sustinuerat, diuina tandem prouidentia, nostrum adijt templum, in quo humiliter confessus, ac tot peccata ac scandala detestatus, uitam instituit meliorem, qua possit deinceps subditis suis ad animarum salutem praelucere, quos antea scandalosa conuersatione offenderat. Alius quoque, detectis in confessione criminibus, confesarij consilio resipuit, atque humili poenitentia maculas contractas eluit, qui nouem retro annis, absque ulla confessione, sub una tamen specie communicauerat. Occurrit et alius, qui confiteri quidem aliquando, sed generaliter tantum recitato « Confiteor » solebat. Verum quam primum, nostris hac de re consultis, rem non sic gerendam esse cognouit, aliter confiteri ac uiuere didicit. Nihil dico de multis alijs, quorum unus a tribus, alius a quinque, alius rursus a quatuordecim annis, nec communionis, nec confessionis sacramentum perceperat. Taceo quoque de multis, qui fluctuantes ac dubij, ad ueram catholicae fidei constantiam nostrorum Patrum opera sunt adducti, ut promitterent, citius se morituros, quam in posterum uel latum unguem a uerae religionis tramite declinaturos esse. Quin et illud omitto, quod in conscientiae casibus ac materijs fidei controuersis, uiri quantumlibet graues et docti, nostrum collegium frequenter [a] adire cernantur. Illud unum addam, quod nec externa pietatis officia negligantur ab hoc collegio. Nam carceres et hospitalia sic uisitantur, ut pauperes cum ingenti suarum animarum consolatione, spirituales praesertim, quae nostrae uocationis propriae sunt, eleemosynas a nostris fratribus percipiant. Scribuntur etiam quibusuis pauperibus, sed studiosis praecipue, supplicationes,

---

a frequenter *supra vers.*

quas ipsi, suo tamen nomine, principibus et eleemosynarijs offerre possint: quin frequenter a nobis etiam eleemosynae petuntur, vnde studiosis pauperibus libri, caeteraque necessaria coëmantur, ut eo facilius ad bonam frugem queant promoueri.

7. Neque hanc qualemcunque fratrum nostrorum diligentiam, Deus etiam temporali mercede non uult, ut apparet, destitutam esse. Nam si quis noster, quantumlibet exiguus fauor in pauperes existat, certe maximum ille uicissim, maximorum hominum fauorem nobis conciliat. R.diss enim Archiepiscopus pragensis [1] saepe tam re ipsa, quam uerbis, quanta nos beneuolentia prosequatur, non obscure testatus est. R.diss etiam ad S. C. M. legatus apostolicus [2] non solum familiariter et honorifice nobiscum agit, sed etiam non rogatus, spontanea quadam beneuolentia iuxta clementissimam Summi Pontificis, ut dicebat, uoluntatem nostrorum negotiorum causam satis grauem nuper in se recepit, ac S. C. M., serenissimoque principi nostro [3] diligenter commendauit, et necdum agere cessat, donec foeliciter, aspirante Christo, perficiatur. Idem de R.diss D. Cromero, legato regis Poloniae, de comite quodam S. C. M. secretario, de D. Citardo [4], concionatore caesareo, de D. praeposito [5], deque multis uiris magnificis facile dixerim, qui se suaque obsequia, nobis etiam praeter omnem spem, toties tamque diligenter obtulerunt, ut inter sese quodammodo uiderentur contendere, quisnam ipsorum negotia nostra apud S. C. M. tractare posset, quod forte non ignorarent illud obsequium et Deo et S. C. M. [a] quam gratissimum fore. Constat enim quod C. M. non propenso tantum, sed et paterno prorsus affectu nos complectatur, amet, foueat, commendet, audiatque libenter ab alijs commendari. Breuitas litterarum non patitur, ut hic aliquid inseram de sereniss. archiduce nostro Ferdinando, qui, ut in alijs uirtutibus, ita in hac etiam parte studiosissime pijssimum

---

a et S. C. M. *in marg.*

---

[1] Antonius Brus de Muglitz, prius episcopus viennensis.

[2] Per id tempus erat Zacharias Delfino, eps. pharensis. Cf. BIAUDET: *Les Nonciatures permanentes*, 263-264.

[3] Indicari videtur aut Maximilianus, aut Ferdinandus, imperatoris filius, qui Bohemiam gubernabat.

[4] P. Matthias Cithardus (Cythardus) O. P.

[5] Henricus Scribonius.

patrem imitatur, quique iam serio promisit, se negotia nostra apud S. C. M. fidelissime tractaturum esse. [*Preces postulat ac valedicit.*]

Pragae 2 Ianuarij.

R. P. V. indignissimus filius

Henricus Blyssemius [1].

In margine, alia manu: Praga 2 Ianuar. sine anno.

609

GEORGIUS CRISPUS

ingolstadio 3 ianuarii 1562 [2].

1. *Collegii status. Novicii laus. Candidati. Preces pro felici concilii tridentini exitu. Indulgentiarum usus.* — **2.** *Convictores numero plures, et moribus excellentiores.* — **3.** *Templum novum, et refectorium paratum.* — **4.** *De studiis et professoribus. De contionibus Pris. Halbpauer. De studiorum instauratione. De disciplina scholastica.* — **5.** *Reliqua consueta ministeria Societatis erga proximos cum fructu exercentur.*

1. Pax Christi [*Scribit ex more. Status collegii in cunctis prosper.*] Est tota domus in plures diuisa ordines, in quorum primo sunt, qui Societati nomen dederunt, numero 18, ex his sacerdotes 6, diaconi 2, et vnus subdiaconus. De reliquorum fratrum, et nouitiorum statu et numero, quoniam proxime scriptum [a], et interea nihil valde immutatum est, dicere supersedeo. Sed hunc numerum adolescens quidam germanus brixinensis auxit, qui hisce diebus ad probationem admissus exercitijs spiritualibus ad mores Societatis informatur. Is annum fere lectiones

---

a *Del.* est.

---

[1] Vide *Litt. Quadrim.* VI, 817.

[2] Ex apogr. coaevo in archiv. colonien. « St. Maria-Himmelfahrt », cod. *A* II 62, N.o 134. Aliud exemplum exstat in archiv. monacen. (Münchener Hauptstaatarchiv) in cod. *Jesuitica N.o 1357m* (Script. Colleg. Ingolst.), f. 27-28. Est etiam versio germanica in archiv. coloniens. in cod. *J. J.* 72, ff. 44-47.

nostras audiuit, ea modestia, et probitate praeditus, vt suos commilitones ad melioris vitae normam prouocet, ac spem de se non exiguam nobis polliceatur. Adolescens, ni fallor, 18 annorum, studijs humanitatis non infoeliciter eruditus, vt vel in scholis, vel alijs domi negotijs, collegio vtilem operam impendere quandoque possit. Praeter hunc alij item scholastici nostri et conuictores Societatis amplectendae desiderium non obscuris signis declararunt. R.dus P. noster Rector [1] est ceu dextrum R.di Pris. Prouincialis [2] brachium, vt cuius opera et consilijs in maximis totius prouinciae negotijs vti solet, quem subinde ad alia inuisenda, iuuandaque collegia destinare consueuit. Itaque non raro abesse cogitur: sed suum quisque munus interim domi obit diligenter. Pro indicti concilij foelici successu quotidianae preces, et afflictiones peractae. Indulgentiarum, quas in eundem finem Pontifex Max. publicauit, vsus et fructus nostris fuit valde salutaris; quemadmodum et renouatio illa votorum festis his natalicijs nostros animos haud parum in hoc instituto confirmauit.

2. Vt ad conuictores veniam, 22 numerantur illi: nam pauciores hactenus aluimus. Adolescentes modesti, dociles, sobrij, simplices, pij, inter quos etiam nobiles nonnulli: abierunt enim, quos antea molestos sumus experti, parentum indulgentia, et nescio quibus alijs vitijs deprauati. Qui antea nostram in instituendo seueritatem reprehendere visi sunt, nunc commendant sedulitatem, vt hinc complures etiam praestantium hominum filij nobis, nostraeque fidei commendentur, neque licet sane oblatos, immo et obtrusos omnes admittere. His adduntur sex praeclarae indolis, et tenuioris fortunae pueri, quos in collegio pauperum mox erigendo ac piorum ope sustentando primos fore confidimus.

3. De structura collegij hoc obiter addam, vtiliter admodum nobis paratam esse nouam ecclesiam, et adiunctum illi praeter alia hypocaustum, et refectorium commodissimo sane loco. P. Prouincialis dedit operam, vt singularibus precibus ad Deum fusis additaque benedictione refectorium consecraretur. D. Cuuillonius orationem tunc habuit elegantem, virtutem huiusmodi benedictionum ostendens, et ad nouum spiritum in nouis aedibus declarandum nos exhortans. Cum fratres in area deambularent, ex vicinorum aedibus spectabantur, ob muri nostri

---

[1] P. Nicolaus Lanoyus.
[2] S. Petrus Canisius.

humilitatem. Hunc igitur murum euehendum Rector curauit, simulque locum seruandis lignis, et vindicandae honestae libertati aptum reddidit.

4. Superest de studiis nostris tractare [a], quae diligenter tractantur; et ad Ecclesiae commodum referuntur. D. Pisa [1] non sine laude disputauit publice, ac egregie defendit ordinem hierarchicum in Ecclesia, et sacrum missae sacrificium. M. Hermes [2], et M. Henricus [3] his mensibus creati theologiae baccalaurei, et praeter hos M. Guilielmus flander, nuper ex Vrbe missus [4]. Vterque theologus D. Cuuillionius, et D. Pisa frequentiores quam ante vnquam habent auditores, et ad sacra propensos discipulos, vt iam theologica schola cum juridica certare videatur. Tantum nostris theologis etiam docti tribuunt, vt sua scripta, quae forte in publicum sunt aedituri, illis iudicanda permittant. Scripsit ad nostros etiam Ill.mus Bauariae princeps Patrum nostrorum sententiam de vniuersitatis reformatione expetens. Professus est hactenus logicam in frequenti satis auditorio M. Hermes, et Aristotelis lectionem iam diu intermissam in scholam reuocauit. Nunc vero idem Oenipontum a Pre. Prouinciali missus singulari cum gratia concionatur. Sic enim de illo scribit vnus vel praecipuus illic Caesaris consiliarius [5] ad D. Canisium: Misisti ad nos M. Hermetem virum exoptatissimum, quem non solum pro concione, siue corona grauiter disserentem, sed etiam priuatim saepe ac multum audiui, et quasi Phidiae signum simulac aspectum, probatum fuit [6]. Est sane laude tua, quamuis a laudatissimo viro proficiscatur, fere maior, philoso-

---

a tractare *linea subducta notatum, et in marg. scriptum* commemorare.

---

[1] Alfonsus Pisa (alias Pisanus). Cf. Sommervogel: *Bibliographie*... (sub. v. Alph. Pisanus); Rivière: *Supplément au* « De Backer — Sommervogel », n. 2000; *Epist. P. Nadal*, II, 531-532.

[2] Videtur indicari Hermes Semicolanus (Halbpauer), de quo vide *Litt. Quadrim.* VI, 782.

[3] Henricus Arboreus.

[4] Videtur agi de quodam collegii germanici alumno, potius quam de Societatis Iesu socio. Cf. Braunsberger: *B. P. Canisii Epist.* III, 232. Certe in catalogo romano sub finem mensis maii anni 1561 scripto nullus est Gulielmus flander. Cf. Sommervogel: *Les Jésuites de Rome et Vienne en* M. D. LXI.

[5] Videtur hic fuisse Sebastianus Zott de Pernegg. Cf. Braunsberger, l. c. 339, qui hanc particulam edidit.

[6] Cic. *Brutus*, c. 64.

phus acutus, orator vehemens, theologus profundus, propugnator fidei orthodoxae acerrimus iuxta ac feruentissimus. Is profecto me sibi ita deuinxit, vt illum non minus prope, quam te, diligam, ac colam. Haec ille. In logica lectione loco M. Hermetis docet M. Guilielmus Lymburgius; cui, ut speramus, R. T. breui substituet philosophum hac professione dignum. Pergit graece M. Henricus profiteri gratus et ipse auditoribus, quibus iam accesserunt nostri primae classis discipuli, qui in priuata schola adeo profecerunt, vt ad publicam lectionem idonei censerentur. Plures, quam antea, nobiles adolescentes, se nostris adiunxere conuictoribus, atque studiosis. Inter hos duo N. Ernesti [a] Bauariae quondam Ducis filii [1]. In proxima studiorum renouatione studiosi quidam recitarunt orationes, et poemata in corona commilitonum, qui mos est vsitatissimus ijs, qui primae sunt classis; qua in re tantum profecerunt, vt dialectices fines ingressi, iamque duas lectiones publicas quotidie audire permissi sint. Intersunt omnes discipuli quotidiano sacro, cuius ministrum se praebere, vt antea putabant inhonestum, ita nunc pro laude ducunt etiam nobiliores et doctiores, qui modestia et pietate magis magisque se reddunt spectabiles. Quod cum animadversum esset a R.mo episcopo eystatensi [2], 10 iuuenes canonicos et sacris ordinibus initiatos, quos in publico alebat gymnasio, examinandos nostris obtulit, et examinatos, classibus pro cuiusque conditione inserendos curauit. In his quidam sunt baccalaurei artium, omnes vero eo habitu, qui sacerdotibus huius patriae communis est, vestiti.

5. Vt in reliquis sim brevior, seruatur Societatis nostrae consuetudo in concionibus et exhortationibus publicis et priuatis. Habetur de more festis diebus sermo latinus ad studiosos, et germanicus ad populum. Fructum, dies omnibus sanctis consecratus, et feriae nataliciae manifeste prodiderunt. Fuit enim ingens accedentium ad mensam Domini tunc numerus studiosorum et ciuium maximeque mulierum, quantus in hac insolita

---

a Ernesti *add. alia manu.*

---

[1] Iustinus et Iustinianus, ducis Ernesti filii naturales. Cf. MEDERER: *Annales Ingolstadiensis Academiae,* I, 264. Dux Ernestus obiit mense Dec. 1560. Cf. CHIUSOLE: *Genealogia,* tab. CXXVI; EUBEL, III, 288, 309; *Allgemeine D. Biographie,* VI, 249.

[2] Martinus a Schaumberg.

germanorum hominum pietate nunquam erat expectandus. Taceo reliqua festa et dominicos dies, quorum pauci elabuntur, quibus non aliqui hoc sacro pane pascantur. Fiunt omni prope festo die a nostris in pagos vicinos excursiones, quarum fructus viciniae haereticorum apertius quam nos ipsi persentiscunt. Inter hos P. R. noster non est postremus, quin etiam, vt facultatem germanici sermonis sibi paret, semel in hebdomade, dum collegium coenat, concionando sese exercere solet. Facit optimus P. quae syncerus nostrae Germaniae patronus, ne dicam apostolus, facere potest, cuius rei testes erunt durissimae peregrinationes, et exantlati labores, iterum ac tertio vnius anni spacio in collegium viennense, pragense, et monachiense, tum Augustam quoque, pedestri semper itinere peractae. Non repetam pietatis officia, quae nostri subinde exhibent ijs, qui in zenodochio degunt, hos consolando et ad patientiam exhortando, illos vero ab errore circa fidem reuocando. Saepenumero ad ciues aegrotos vocantur, quod persuasum habeant nostrorum tum colloquijs, tum orationibus se reualituros, aut rectius quidem ex hac vita migraturos. Virgines aliquot etiam nobiles nostrorum suasu ad religionis portum confugere, et iam agnoscunt monachae accessionem coenobij sui a nobis magna ex parte prouenire, quemadmodum aperte fassae sunt. Quaedam honestissimae matronae nostra in spiritualibus opera libenter vtuntur, quae pietatis suae in nos studium nuper in primitijs P. Hermetis non obscuris indicijs patefecerunt. Certabatur enim in exornatione sacelli nostri, vt honestius primum hoc sacrum perageretur [1]. [*Preces postulat ad novum annum.*]

Ingolstadij III Januarij, anno 1562.

T. R. P. indignus filius

GEORGIUS CRISPUS [2].

---

[1] De hac re scribebat P. Lanoyus 11 Octobris: « Maestro Hermeti volendo il Signore dirà la sua prima messa nella festa di tuttj santi »... Apud BRAUNSBERGER: *B. Petri Canisii Epist.*, III, 244.

[2] In catalogo collegii Oenipontani 1565 (cod. *Germ. 131*, f. 192) haec de epist. auctore dicuntur: « P. Georgius Crispus [Kraus] Germanus. Sacerdos. Annum aetatis agit 29.m Ingressus est Societatem 1555. Vota edidit sequenti anno in festo Natiuitatis B. Virginis. Multis annis docuit Rhetoricam et facultatem oratoriam aliasque literas. Praeditus est dono concionandi et bene regendi juuentutem. Valet prudentia et zelo conuertendi animas Christo. Posset cum fructu Nouitios regere et in spiritu promouere. Ad studia bene aptus est ».

610

P. FRANCISCUS DE GRANDI

NOLA 4 IANUARII 1562 [1].

1. *Socii. Preces pro Ecclesiae necessitatibus. Tempore vindemiae vinum emendicatur.* — **2.** *Acta in studiorum renovatione. Dialogus a discipulis recitatus valde placet. Studentium numerus augetur; qui festis diebus ad sanctorum vitas legendas adunantur.* — **3.** *Clerici ad catechesim accurrunt. Iubilaei adquirendi gratia fit magnus concursus ad sacramenta. Aegrotis adsunt socii, qui ab aliquibus nobilibus ut suos adiuvent expetuntur.* — **4.** *Paces difficiles et magni momenti fiunt.* — **5.** *Comitis nolanae, principis de Bisignano amor et beneficentia. Nolanus episcopus clericos sacris initiandos nostris examinandos committit.*

1. † Ihs. Molto R.do in Xp.o P. Pax Christi, etc. Acciò l'ordine della Compagnia in scriuer lettere quadrimestri si osserui, potrà la R. P. V. sappere come in questo colleggio di Nola sono al presente quindeci; tre sacerdoti, gli altri laici. [*Omnes valent et ad perfectionem contendunt.*] Fanno anchora instanza alcuni che [a] le discipline, le quali per necessità di santa chiesa [b] si faceano, non le siano del tutto leuate; le quali benchè habbino interlassate, non cessano però di recitare ogni giorno con diuotione le letanie, sperando doppo alcune fatiche racogliere alcun frutto di perfettione; al che fare la essortatione che il uenerdì si fa gli inuita, et gli buoni essempi delli magiori gli spingono [c]. Fece nel tempo della uendemmia la cerca del uino uno delli nostri fratelli coadiutori con molta edificatione di tutti et non poca utilità di questo colleggio [2]. Rinouorno gli fratelli, doppo hauer fatta la general confessione delli sei mesi andati,

---

a *Del.* gli. — b *Emend. ex* ghiesa. — c *Emend. ex* sospingono.

---

[1] Ex autogr., ut videtur, in cod. *Neap. 193*, ff. 82, 83; prius 153, 154. Subsequitur aliud ex. italum in ff. 84-85. Est et ex. latinum in ff. 80-81, datum « pridie Calen. Januarii MDLXIJ ».

[2] Cf. p. 478.

gli uoti della Compagnia con grande et commune consolatione spirituale nel Segnore.

2. Per la renouatione delli studij, fatta intorno al primo di Nouembre, doppo un decente apparato in una delle classi, raunato ibi gran numero d'huomini principali del uno et altro ordine, furono primeramente con attentione di tuttj [a] recitate da duoi delli nostri dua orationi, l'una latina in lode della uirtù, l'altra graeca in fauore della medesima lingua. Doppo questa seguitò un dialogo contra l'homicidio, composto per un delli nostri, il quale recitorno sei delli nostri scholari forestieri tanto garuatamente, che fecero piangere parte delli ascoltanti, et tanto piacque che ritrouandosi in quel tempo esser uenuto uno delli quatro che gouernano questo regno insieme col vicerrè a Nola, sua patria, fecelo più uolte recitare in casa sua alla presenza di molti gentilhuomini da lui conuitati [1]. Furono di più dalli nostri di casa attacati molti uersi latini alle porte delle schole, per le qual cose molti di questi hanno mandati gli figliuoli loro alle nostre schola; intorno [b] le quali (gratie a Dio), si usa quella diligenza che gli scholari facendo profito, cossì in lettere come nelli costumi, restano sodisfatti; alla qual cosa non poco gioua la continua cura et uigilanza che di quelli si tiene; et acciò non piglino male pratiche, si fanno ragunare gli giorni di festa doppo il pranso auanti la nostra chiesa, et in uece di giochi se gli da a leggere alcuna uita di S.^{ti} Padri, onde in tanto ua crescendo di giorno in giorno la buona fama della Compagnia appresso costoro, che non solo quelli della città, ma molti etiamdio da queste terre circunuicine con non poca fatica et molestie loro uenghano ad imparare. Tra questi si troua alcuno che è uenuto lontano da Nola 30 miglia; et auenga ch'alcuni habbino cercato d'intrare nella Compagnia, non s'è nondimeno potuto al buon desiderio loro sodisfare.

3. Quanto al edificio spritual di nostra chiesa, si confessa et communica ogni otto giorni buon numero di persone, tra li quali sonno annouerati gli clerici del uescouado, i quali non cessano di uenire ogni domenica doppo il uespero in nostra chiesa per udire la dottrina christiana, alla cui lettione spesse uolte è presente il viccario del vescouo, accompagnato da molti cano-

---

a di tuttj *supra vers.* — b *Del.* alle.

---

[1] Vide p. 89, annot. 2. Prorex autem erat Petrus Afán de Ribera.

nici et cappellani. Et giudicammo cauarsi di questa (come della predica che la domenica et feste si fa) buon fruto. Alquanti giorni auanti natale publicò uno delli nostri nel duomo il giubileo mandato da sua S.tà per il concilio futuro [1]; di modo che gli nolani (fuori dil solito loro) cominciorno il seguente giorno a confessarsi et prepararsi per guadagnarlo; onde in tal tempo si sono udite più confessioni generali con molto frutto et consolatione spirituale. Et tanta è stata la moltitudine di penitenti, ch' ancorchè gli sacerdoti intrassero la mattina per tempo in chiesa et perseuerassero nel udir confessioni fino alla prima hora di notte, è statto cosa impossibile sodisfare a tutti. Et molto più sarebbono uenuti, se ui fussero statti più confessori. Sono gli medessimi spesse uolte chiamati per confessar feriti et altri infermi, et per aiutargli a ben morire; et specialmente dal conte di S.to Valentino, il quale essendosi da uno delli nostri confessato più uolte, doppo ch' hebbe ordinate le cose sue alla presenza di detto suo confessore, oltre a buona parte d' intrata che solea dar ogn' anno, ordinò fossi data una buona limosina [a] a questo colleggio: et poco doppo (come uero christiano) passò di questa uita, non cessando la contessa sua moglie di frequentar quanto più spesso può con tutta sua fameglia gli santi sacramenti; la quale anchora desidera alcuni delli nostri in quella sua terra, uicina a questa città. Si confessano anchora fuorj [b] di Nola il duca di Seminara con sua moglie et figli, il conte di Auersa, et molti altri, di modo che, R. P., possiamo hormai dire nui altri anchora: messis quidem multa, operarij autem pauci [2]. Piaccia Iddio immortale ch' a questa cosa si possi prouedere, che in breue speraremo [c] gustar i dolci frutti delle bene impiegate fattiche a gloria d' Iddio nostro Segnore, et a salute delle anime fideli.

4. Non tacerò appresso, come per opera d' uno delli nostri in un certo castello uicino s'è fatta una pace molto importante fra due casate per longo tempo tanto nemiche, che da l' una et l' altra parte erano state ucise molte persone; la quale essendo

---

17. Quanto alla beneuolenza della città, sì delli principali come delli priuati, è assai grande al presente per gratia del Signor, a rispetto del passato, benchè non manchino sempre contrarij. Questo si è visto prima nel s.r duca nouo, qual venendo a pigliare il possesso di Modena, il P. Rettore gli andò a parlare, et S. E. molto amoreuolmente li dette audienza, et confirmò la elemosina di suo padre, dicendo a detto P. fra l'altre cose, che la Compagnia daua tal odore di sè, che era forza che i principi la agiuttassero et fauorissero. Et così dette ordine al s.r gouernatore di Modena pigliassi la protettione della Compagnia a suo nome, benchè da sè stesse si mostraua assai fauoreuole et affettionato alla Compagnia in tutte le sue occorrenze. Il clero anchora si mostra affettionatissimo, et molti delli canonici particolarmente mostrano di amarci et fauorirci in tutte le occorrenze, doue far piacere ci possono, il che procede dal grande amore et affettione che ci mostrano tenere i loro capi, cioè, Mons.re di Modena et il suo vicario. Et queste cose sono stato causa che la Compagnia sia più conosciuta, et che molti di quelli, che ci odiauano, ci amino. Fra li quali sono stati alcuni, che ci sono venuto a dimandare perdono del mal che di noi hanno detto.

18. Dirò finalmente della festa nostra del Giesù, quale non essendo per auanti stata celebrata, o almeno solennemente, come si è fatto l'anno passato et questo, non è interuenuto controuersia alcuna; ma l'anno passato, spargendosi la fama che nella nostra chiesa si douea celebrare questa solennità, vna certa confraternità, chiamata compagnia del Giesù, si leuò contro di noi, dicendo che li volemo tore la sua festa; et venero sei o sette de loro a lamentarsi col P. Rettore, et volere impedire la nostra festa. S. R. gli dette le sue ragioni, e cercò di farli capaci, et quietarli in modo, che si pacificorno in tanto, che molti ci restorno a[mici] [a], et l' questo anno ci voleuano per suoi padri spirituali;

---

a *Consumpta charta.*

et molti frequentano la nostra chiesa, et in quella i santi Sacramenti; et che più è, alcuni d'essi, et massime il loro capo, è venuto, non solo ad aiutarci vestire la chiesa, ma anco a trouarci et prestarci delli ornamenti. A questa solennità è concorso vna gran parte della terra, et li principali, come il s.r gouernatore, il suo giudice, il podestà, et massaro di S. E., Mons.r vicario, et molti altri gentilhuomini et dottori, in modo che l'horto ci bisognò seruire per chiesa a molti nel tempo della predica et vespero etc. [*Exilitatem rerum excusat, et preces postulat.*]

Di Modena alli 4 di Febraro 1562.

Per commission del P. Rettore.

D. V. R. P. indegno figliolo in Xpo.

ALOISIO NAPI [1].

Annuale del collegio di Modena.

628

LUDOVICUS GAGLIARDI

BONONIA 10 FEBRUARII 1562 [2].

1. *Tarditatem litterarum excusat. Socios recenset.* — **2.** *Acta in studiorum instauratione. Crescit cum discipulorum numero diligentia in doctrina et bonis moribus adquirendis.* — **3.** *Concursus ad sacramenta iubilaei occasione. Contiones in templo et sermones in sacello.* — **4.** *Pater Generalis et Pater Provincialis cum praesentia sua, tum suis utriusque contionibus, existimationem Societatis augent. Inde fructus in ecclesiasticos et moniales fluit.* — **5.** *Praeclari sacerdotis lusitani commoratio Bononiae monachos quosdam nostris conciliat; quibus postea nostri per spiritualia exercitia adiumento sunt.* — **6.** *Festum Btae. Reparatae religiose agitur.* — **7.** *Eleemosynae et dona collegio collata.* — **8-9.** *Sociorum existimatio apud cives, et oppugnationes, occasione praesertim cuiusdam consilii a Patre Rectore dati viro ditissimo religiosam perfectionem aggredi cogitanti.*

---

[1] Vide p. 48.
[2] Ex origin. in cod. *Venet. 100*, ff. 68-69; prius 450-451.

1. Jhs. Admodum R. in Christo Pre. etc. Pax Chri. etc. Etsi propter multas et [a] insolitas occupationes huius collegij bononiensis octauus iam [b] mensis adest, ex quo nullam rerum nostrarum rationem R. P. T., ut mos est Societatis nostrae, reddidimus [1]; ita tamen in hoc munere mihi a sancta obedientia imposito me gerere conabor, ut diuturnae intermissionis uitium non orationis longitudine, sed quam breuissima rerum nostrarum expositione, compensem. Atque, ut a rebus domesticis exordium sumens, gradatim ad ea, quae foris sunt in Dei gloriam et salutem animarum gesta, progrediar; sumus in hoc collegio omnes 15, 4.or nimirum sacerdotes, quorum unus praeceptor, tum alij praeceptores duo, reliquorum uero fratrum pars litteris uacat, ceteri negocijs familiaribus inseruiunt. [*Omnes valent. Viget disciplina religiosa.*]

2. Animarum uero saluti diligentissime quisque pro sui muneris ratione, ut consultum sit efficere conatur; nam ut de praeceptoribus primo loco dicam, ij certe cum mutuis disputationibus, alijsque id genus offitijs ad scientiam, tum maxime priuatis publicisque cohortationibus suorum discipulorum animos ad pietatem informare student. Cuius rei causa superiori mense Nouembri proxime elapso, quo nimirum tempore litterarum studia sunt instaurata, in nostro templo a praeceptore primae classis habita est oratio de artium illarum laudibus, quae in nostris scholis publice traduntur. Praeceptorum autem studium et diligentia, quam diuina ope adiuti in suis muneribus adhibent, sane fit, ut non modo ij discipuli, quos alias apud nos exerceri significauimus, libenti animo perseuerent, uerum etiam eorum numerus et progressus in dies magis magisque augeatur. Nam eorum qui rhetoricae facultati dant operam, ut de ceteris classibus taceam, hoc anno numerus pene est duplicatus; inter quos sunt nonnulli non obscuris parentibus orti juuenes, qui cum Bononiam studendi gratia profecti publicos ludos adijssent, mox in [c] nostras scholas, tanquam in portum, sese receperunt. Alij uero nobiliorum adolescentium praeceptores una cum suis discipulis nostras classes [d] magna, ut prae se ferunt, uoluptate frequentant. Quorum omnium in studijs diligentiam, hinc licet intelligere [e], quod nonnulli praeter quoti-

---

a et *supra vers.* — b iam *supra vers.* — c mox in *supra vers.* — d nostras classes *supra vers.* — e *Emend. ex* colligere.

---

[1] Vide p. 325 sqq.

dianas lectiones, quae multae sunt, ea etiam quae interpretandi gratia traduntur in scriptis, de industria, nullo id iubente, memoriter ediscant. Verum illud est maioris momenti, eos ab omni turpitudine uitiorum, quibus aetas illa obnoxia admodum esse solet, diuino munere abhorrere, adeoque ad pietatem esse propensos, ut non desint qui octauo quoque die confiteri, et crebro sacram eucharistiam sumere optantes, id et assidue petant, et frequenter obtineant. Nec sane paruae est admirationis his praecipue temporibus, quosdam ex illis, qui iam suis praeceptoribus aetate multo sunt prouectiores, tam modestos et obsequentes uidere, ut submisse cum paruulis preces fundant, sacro frequentes intersint, ceteraque pietatis officia peragant, a quibus nunc alioqui tantopere iuuentus est aliena.

3. Sed et illi qui sacris muneribus inuigilant, haud contemnendos suorum laborum fructus hactenus retulisse, et quotidie referre uidentur; nam et consuetus eorum numerus qui nostris peccata confiteri, atque augustissimum eucharistiae sacramentum sumere solent, conseruatur; et quo tempore sanctissimum jubileum fuit promulgatum, mille hominum numerum ij superarunt, qui idem in nostro templo peregerunt. Ex quibus fuerunt multi, qui totius ante actae uitae crimina generaliter confessi, se ad bonam frugem, ut dicitur, receperunt. Singulis praeterea festis diebus, ut alias scriptum est, R. P. Rector [1] in nostro templo concionatur; quod cum satis amplum, certe hoc anno praecipue solemnioribus festis refertissimum fuit. Alius uero Pater intra domesticos parietes multis hominibus, qui in nostrum sacellum post vesperas diebus festis conuenire solent, ea declarat quibus ad christianam pietatem optime instruantur. Auditorum autem profectum cum declarant crebrae illorum, generales etiam, confessiones, tum id maxime ostendit quod dicturus sum. Nam inter alios certa quadam die ciuis unus diues, ac non obscuro loco natus, fuit qui cum concioni et horis uespertinis, quae a nostris decantari solent, interfuisset, mox, his peractis, exiliens coram uniuersa multitudine, quae tunc aderat, cum uehementi quodam ardore animi exclamauit: viuat, inquit, viuat Jesus Christus, pro eo mihi sanguinem profundere statutum est. Populum uero alloquens: o uos, inquit, felices atque beatos (non enim ipse bononiensis erat), quibus datum est, ut Societatem Jesu in uestra ciuitate habere possitis. Ve-

---

[1] P. Franciscus Palmio.

runtamen uae uobis, quoniam tanto donati munere, necdum tamen fructus agitis dignos poenitentiae. Multisque huiusmodi uerbis cunctos in sui admirationem rapuit.

4. R. P. generalis in Galliam cum R.mo legato hac proficiscens [1], praeter quam quod sua praesentia ac priuatis collocutionibus summae nobis [a] omnibus laetitiae atque utilitati fuit, semel etiam in amplissimo huius urbis templo est concionatus; quod ut faceret R. bononiensis episcopi vicarius ab eo precibus impetrauit. Post eius [b] uero discessum R. P. Prouincialis [2] etiam nos inuisit, suisque uerbis, igne diuinae charitatis incensis, uehementer nos ad exequenda omni studio nostra munera inflammauit. Duas praeterea conciones ipse quoque inuitus fere (quod Venetias grauissimis de causis festinabat) eiusdem R. D. vicarij aliorumque nobilium rogatu in summo templo coram frequentissima populi et magnorum virorum multitudine habuit. Quibus omnibus rebus factum est, ut non paruus cumulus ad eam autoritatem accesserit, quam Societas in hac urbe diuina benignate hactenus habuerat; quae certe tanta semper fuit, ut uix maior potuerit desiderari. Ea enim est de nobis omnibus opinio, ut qui aut in litteris, aut in rebus diuinis optat proficere, ad nos ei tanquam ad unicum vrbis perfugium ueniendum sit. Nonnulli praeterea ex alijs vrbibus atque oppidis Patrem nostrum de rebus grauissimis consultum Bononiam proficiscuntur; alij litteris consilium petunt, inter quos R. D. episcopi placentini vicarius fuit, qui per litteras eundem Patrem rogauit, ut sibi quonam pacto dioecesim suam regeret, praeceptis ea de re in tabulis transmissis, notum faceret; praecipue uero huius ciuitatis principes erga nos bene affecti sunt. R. certe dominus bononiensis [c] episcopi vicarius, cuius supra memini, ita R. P. nostrum Rectorem obseruat, ut eum autorem et praeceptorem omnium consiliorum suorum habere uelit, atque in dioeceseos administratione ab illius monitis ne latum quidem (ut uulgo dicitur) [d] culmum, discedit. Is ergo eidem Patri ex R.mi episcopi [3] mandato potestatem fecit omnia illa sacrarum virginum monasteria in [e]

---

[a] nobis *supra vers.* — [b] eius *supra vers.* — [c] boniensis *ms.* — [d] *Del.* ab. — [e] in *supra vers.*

---

[1] P. Laínez, Hippolytum Estensem, cardinalem et S. Pontificis in Galliam legatum, comitatus Bononiam die 19 Iulii 1561 pervenisse videtur. Cf. *Lainii Monum.*, V, 620. Die 25 Iulii Ferrariae iam erat. Ibid. 636 sqq.

[2] P. Benedictus Palmio.

[3] Vide p. 326, annot. 1.

rebus diuinis instituendi, quibus ipse praefectus est. Quare multis monialium [a] coenobijs ita dictus Pater praeest, ut cum nulla ratione obstrictus teneatur, nihilominus religiose uiuendi regulas praescribat, totaque collegia iudicio penitus arbitrioque suo moderetur. Hinc etiam alij Patres interdum ad ea loca mittuntur, ut pijs adhortationibus religiosas virgines excitent, et sacris meditationibus proponendis exerceant. Sed et earum confessiones, saepe generales, audiunt, cum id permultae precibus efflagitent; quod certe mirum uideri potest. Cum enim antea fere omnes a frequenti sacramentorum usu essent admodum alienae, adeoque a nostris eam ob causam abhorrerent [b], ut uix eorum aspectum ferre possent; nunc libentissime eorum consilijs parent, et quam saepissime confiteri ac caelestem cibum, saepius etiam in hebdomada, suscipere percupiunt. Praeterea, cum id in hac vrbe ueteri consuetudine fieri consueuerit, ut unoquoque anno semel omnibus presbyteris, qui in hac dioecesi curam animarum habent, sermo in summo templo de illorum officijs habeatur; id muneris hoc anno, ut omnibus fere superioribus, Pri. Rectori ab eodem R. D. vicario delatum fuit. Impetratum etiam est ab eodem, ut unus ex nostris Patribus bis singulis hebdomadis casus conscientiae omnibus sacerdotibus, qui paroeci vocantur, publice explicaret; ex quibus omnibus quamplurima ad pastores ac ad gregem simul commoda proueniunt.

5. Nunc, ut quiddam subijciam quod in hanc eandem sententiam sese offert, rei demonstrandae initium paulo altius repetam. Cum nobilissimus quidam sacerdos lusitanus [1], a suo rege ad concilium missus, hac pertransiret, nostrum collegium, ut qui alias Lusitaniae nostra Societate familiarissime usus fuerat, inuisit, et fratrum, ut credere est, consuetudine atque modestia, quae sibi a [c] pueritia nota fuerat, inuitatus, cum alium locum quo tutius atque honestius diuerteret, nullum esse existimaret [d], nobiscum circiter 15 dies esse uoluit, cum id a R. P. Rectore pro suis in Societatem meritis precibus impetrasset. Quo breui

---

a monialium multis *in ms.; sed litteris* a *et* b *superpositis indicatur ordinem mutandum.* — b abhorrererent *ms.* — c *Emend. ex* ad. — d *Obscure exarat.; prius* existimauit.

---

[1] Verisimiliter fuit is Didacus Payva de Andrade (1528-1575) qui, durante Concilio tridentino, Societatis Iesu apologiam scripsit initio operis: *Orthodoxarum explicationum libri 10,* anno 1564 Coloniae et Venetiis editi. De hac apologiae compositione multa invenies in *Epist. P. Nadal,* II et apud BRAUNSBERGER: *B. P. Canisii Epist.*, III, sub verbo: Payva de Andrade.

tempore, si quando illi domo exeundum fuit, relictis 4.or quos secum ex [a] Lusitania duxerat seruos, non nisi unum ex fratribus, quasi Societatis nostrae sacerdos, comitem assumebat, et uilissima etiam culinae officia domi peragere non semel uoluisset, suasque culpas in coenaculo fratrum more palam aperire, nisi haec et alia eiusmodi R. P. Rector fieri prohibuisset; denique ita nobiscum uersatus est, ut tantum nos ex eius consuetudine consolationis coeperimus, quantum ipse ex fratrum religione, modestia, et charitate fructus se retulisse pro sua animi [b] moderatione confitebatur; quod non modo quia scitu per se dignissimum erat, sed multo magis, ut dixi, ob ea quae sequuntur, commemoraui. Cum enim post paucos illos dies tandem ad amplissimum ac nobilissimum monachorum quorundam coenobium, quo saepius inuitatus fuerat, commigrasset, eo in loco tam praeclara de Societate nostra locutus est, ut quidam ex illis monachis nostrorum amicitiam uehementer expeterent. Hinc profecto aditus nobis latissimus ad iuuandos multos ex illis est patefactus; nam primus omnium, uenerandus quidam ex illis sacerdos, nouitiorum in re [c] litteraria moderator, pias meditationes, quae spiritualia exercitia uocamus, ab uno ex nostris Patribus edoctus est; cumque is ita profecisset, ut fraenis iam potius quam calcaribus indigeret, alijs item monachis ut idem facerent, persuasit. Inter quos postea non defuerunt qui se priuatim praeter suam consuetudinem magno ardore animi flagellarent, alij generaliter totius ante actae uitae peccata confessi sunt, ut in spem uenerimus fore, ut totum illud collegium (quod alioqui non satis bene audiebat) ad meliorem frugem reuocetur. Nam de Societate nostra quam praeclare omnes sentiant, hinc licet intelligere, quod R. illius monasterij abbas certam eleemosynam nobis, ex quo illi Societas innotuit, singulis hebdomadis est elargitus, maiora etiam in posterum, ut significat, donaturus. Sed de his haec dicta sufficiant.

6. Quod ad eum locum suburbanum attinet de quo in proximis litteris ad T. R. P. missis scriptum fuit [1], illud in praesenti occurrit; nocte ea quae diem festum beatae Reparatae virginis praecedit, cui templum ibi est consecratum, fuisse illius uigilias sanctissime celebratas. Cum enim ueteri consuetudine multi noc-

---

a *Del.* Luxi. — b *Del.* modestia. — c *Prius* relig.

---

[1] Vide p. 332.

tem illam in templo insomnem ducere, uotaque, quibus se beatae illi virgini obstrinxerunt, soluere pro more instituissent; ad eam multitudinem R. P. Rector concionem habuit, in qua cum praecipue ad peccatorum sordes per eorum confessionem luendas pudicissimae [a] ac sanctissimae virginis exemplo [b] esset hortatus, ita [c] omnes eo sermone permoti sunt, ut duos sacerdotes audiendis eorum confessionibus usque ad multam noctem oportuerit uigilare; ubi uero dies illuxit, omnes fere qui confessi fuerant, sacrosanctam synaxim susceperunt, multique praeterea eo die a nostris persuasi idem fecerunt, cum tamen ea de re nullam antea cogitationem suscepissent; quae quidem eo plus admirationis in se habuerunt, quo magis antea festum illud ludis, choreis, ceterisque id genus rationibus uiolari uerius quam celebrari solebat.

7. Quod ad fratrum necessarium uictum [d] uestitumque pertinet, etsi nulli nobis sunt certi redditus, nihil tamen diuina benignitas nobis patitur deesse; quin etiam praeter ea quae in domesticos usus impenduntur, praecipuum templi altare, tabula quadam pulcherrimis [e] imaginibus picta, auroque fulgenti est [f] exornatum, et praeterea quatuor etiam angeli, puerorum magnitudini pares, ficti sunt, auroque item cooperti, qui mirifice eandem aram illustrant, atque aspectu decorem efficiunt. Atque haec quidem omnia ex piorum hominum eleemosynis diuina nobis prouidentia collatis profecta sunt. Clari quidam ciues redditus quosdam ecclesiasticos ex quibus octingenti ferme aurei [g] singulis annis ad nostrum collegium uenirent, nobis obtulerunt. Sed eos ob animarum curam cui possessorem obstrictum esse oportebat, R. P. Rector accipere recusauit. Nobilis autem illa matrona, quae pro sua in Deum pietate maternis erga nos fungitur officijs [1], superioribus diebus sericas auratasque uestes ad nos misit, et alia huiusmodi magni sane praetij, quae in diuinis sacrificijs usui esse solent, copiose subministrauit; domum uero nostram linteis et sudariolis, ceterisque id genus rebus admodum necessarijs, locupletauit. Dominus illi pro terrenis caelestia referat dona.

8. Hic nulla ratione reticendum esse arbitror mirum quiddam, quod uni ex pijs illis mulieribus, quae et ipsae pro sua in Deum

---

a *Emend. ex* pudiciciae. — b exemplo *supra vers.* — c *Del.* ut. — d *Del.* et. — e *Emend. ex* pulchribus. — f est *supra vers.* — g auri *ms.*

---

[1] Vide p. 326, annot. 2.

charitate [a] non pauca nobis afferunt commoda, superioribus diebus contigit. Cum Pater quidam Societatis nostrae subucula ex longo itinere admodum sordida indutus hac pertransiret, ei mulieri, de qua nunc memini, abluenda subucula fuit tradita; quae cum illam maximo charitatis affectu suscipiens, succedentibus aquis, magno tandem labore purgasset, ignique siccandam apposuisset, ecce insolitum ac suauem odorem sensit; maximeque rei nouitate obstupescens uicinas conuocat, subuculam affert odorandam, pristinas illius sordes exponit, miraculum denique omnes fatentur. Quod sane ideo factum existimari debet, ut praemium aliquod mulier optima ardentissimae charitatis reciperet.

9. Verum quoniam ut ipse Dominus testatus est, nec seruus domino suo, nec apostolus eo, qui se misit, maior esse potest [1], idcirco minus mirum, quin potius magis gratum esse debet, si quandoquidem mundus Dominum Jesum odio habuit ac persecutus est, idem Societatem quoque eius odio habeat atque persequatur. In hanc igitur sententiam quoque unicum exemplum postremo loco subijciam. Nobilissimus quidam patritius huius ciuitatis, uir cum excellenti ingenio ornatus, tum christianae pietati maxime deditus, iam multis ante diebus R. P. Rectori saepissime suam conscientiam aperire, et sacram synaxim ex eius manibus sumere in nostro templo solebat; diuino tandem [b] spiritu, ut rei probat euentus, afflatus, carthusianorum est religionem ingressus; cumque suas opes, quae erant amplissimae, iuxta consilium Domini nostri Iesu X.[i] illius pauperibus erogare statuisset [2], nec ullam id faciendi commodiorem rationem inueniret, quam si R. P. Rectoris consilio et opera in hoc negocio uteretur; litteras ad eum misit quibus eum obsecrabat obtestabaturque, ut sibi per litteras consuleret quonam pacto id esset faciendum. Vbi Pater sanctissimum uiri desiderium agnouit, impium esse duxit suo olim [c] in Xpo. filio opem in ea re denegare, quae cum Xpi. gloria et egenorum emolumento coniuncta esset. Ei igitur pauperum huius ciuitatis egestates aperuit, atque eorum praecipue qui diuino cultui essent consecrati; res denique cum summa utriusque consolatione confecta est. Verum quoniam antiquus humani generis hostis tam [d] admirabile facinus indignabatur,

---

a charitate *supra vers., deleto* benignitate. — b tandum *ms.* — c *Del.* filio. — d tam *supra vers.*

---

[1] Cf. Matth. X, 24 sqq.
[2] Cf. Matth. XIX, 21; Marc. X, 21; Luc. XVIII, 22.

per stultorum et improborum hominum ora eum sermonem dissipauit, uirum nobilissimum a Patre nostro deceptum esse, atque suasum, ut religionem ingressus, nobis suas facultates relinqueret; quod nostrum quoque collegium inter alias pauperum familias commemorasset; quae opinio adeo in nonnullorum animis confirmata est, ut nefarijs diaboli conatibus felicem eius rei exitum impedire posse uideatur [a]. Hac igitur tempestate suborta, qui uere Societati studebant, rei agnita ueritate, magis in nostra amicitia sunt confirmati; nec defuerunt uiri clarissimi, qui nostras partes contra quorumlibet obtrectationes defendendas susciperent. Neque uero ideo confitentium in nostro templo numerus est imminutus, quin potius omnia, ut supra significaui, quae ad templum, queque ad scholas attinent amplificata; tantum ueritatis ignari uel impugnatores, neglectis legibus christianae pietatis, contra nos stare uidentur, negantes posse eum suum patrimonium alijs quam suis fratribus (qui sunt opulentissimi) relinquere, sed superaturum nimirum potentiorem Christum in cuius membra ea bona collata sunt minime dubitamus. [*Preces postulat et valedicit.*] Bononiae IIIJ° idus Februarij M. D. LXIJ.

R. P. T. minimus in Christo filius

Ludouicus Gagliardius [1],

Societatis Jesu indignissimus seruus.

Desideratur inscriptio.

629

VENEGAS

MONTULIA 10 FEBRUARII 1562 [2].

1. *Sociorum numerus et valetudo.* — **2.** *Contiones. Frequens concursus ad sacramenta suscipienda. Carcer et nosocomium invisuntur a sociis.* — **3-4.** *Scholarum ordines; ex quorum infimo multa bona promanant.*

---

a *Emend. ex* uideretur.

---

[1] Vide p. 333.

[2] Ex origin. in cod. *Hisp. 99,* f. 83; prius 371.

1. † Ihs. Muy R.do P.e en Chro. Pax Chri. etc. [*Brevis erit.*] Ay al presente en este collegio seys Padres, y diez y seys hermanos. Tienen salud agora todos, gloria a nuestro Señor, salvo vn hermano, que a tenido vna larga enfermedad de calenturas, y achaque de costado, de que por la misericordia de Dios va ya mejorando, avnque por su gran flaqueza va de espaçio la convaleçençia. Es muy edificatiuo y prouechoso en su ministerio, y en su enfermedad a dado muestra de su aprouechamiento en todo.

2. De los Padres, el P.e rector [1] y otro Padre se exercitan en predicar. Predican con mucho zelo y fervor. Son açeptos, y pareçe que se haze fructo, assí en este pueblo, como en los comarcanos, adonde también salen a predicar. Los otros Padres se exerçitan en las confesiones, que son bien freqüentes en este pueblo: que en esto y en la sancta comunión pareçe que lleva ventaja a otro. Visítase cárçel y ospital, y atiéndese a otras particulares ocurrençias, como son amistades, y ayudar a bien morir etc. Y destas ocupaçiones, y de otras semejantes, sobra poco tiempo a los Padres, y quando le ay, se da al estudio particular y conferençia de casos de conçiençia hordinaria.

3. Los hermanos también, según sus ministerios, están bien repartidos; tres asisten á los estudiantes de gramática, que serán como 80 en número, y pareçe que aprouechan por el fructo que en los mesmos estudiantes se vee, no solo en lo que toca a su estudio, pero tanbién en su recogimiento y virtud, confesando y comulgando los que tienen hedad para ello en este collegio amenudo.

4. Otros dos hermanos se dan a los niños de la escuela, enseñándoles a leer y escrevir, y sobre todo la doctrina christiana, en que se haze mucho fructo, assí por ser ellos muchos y ocurrir con ellos otra mucha gente de moços y esclauos, y avn algunos viejos a oýr y aprender la doctrina, de manera que este sancto lenguaje va como despertando y sonando, que hasta aquí en esta tierra a estado como dormido, y muchos viejos dizen que nunca tal oyeron, ni les enseñaron en sus tiempos. Resultan de aquí otros muchos bienes que V. P. podrá considerar, como son juntas que hazen entre sí las fiestas a platicar esta doctrina personas que se juntavan a cosas bien diferentes etc. Todo esto pareçe que el Señor quiere obrar por los ministros

---

[1] P. Ioannes Alcaide.

tan flacos, porque se conozca más claro que a Él se deve la gloria solamente de todo, como de nuestra parte aya tanto que temer. V. P. en su oración nos ayudará. [*Preces postulat.*]

De Montilla a X [a] de Hebrero 1562. Por comissión del P.e Rector. De P. V. indigno hijo y sieruo en el Señor

†
† VENEGAS †[1].
†

---

a *Obscure exaratum.*

---

[1] De epistulae auctore nihil certi scimus. Fortasse fuit Bernardus Venegas, de quo pauca inveniuntur apud *Stus. Franciscus Borgia,* IV, 433, annot. 5.

INDICES

I

INDEX AUCTORUM

QUI IN HOC VOLUMINE COMMEMORANTUR

AGUILERA, Emmanuel, S. I. — Provinciae Siculae Societatis Jesu Ortus, et Res gestae. 2 vol. Panormi, M.DCC.XXXVII - M.DCC.XL.

ALCÁZAR, Bartolomé, S. I. — Chrono-Historia de la Compañía de Jesús en la Provincia de Toledo. Y elogio de sus varones ilustres, fundadores, bienhechores, fautores, é Hijos Espirituales. 2 vol. Madrid, 1710.

Allgemeine Deutsche Biographie. Herausgegeben durch die historische Commission bei der königl. Akademie der Wissenschaften [München]. Leipzig, 1875 sqq.

ALMEIDA, Fortunatus de. — História da Igreja em Portugal. Coimbra, 1910 sqq.

ALTAMURA, F. Ambrosius de, O. P. — Bibliothecae Dominicanae, ab admodum R. P. M. F. Ambrosio de Altamvra Accuratis Collectionibus, Primò ab Ordinis Constitutione, vsque ad Annum 1600. productae, hoc Seculari Apparatu incrementvm, ac prosecvtio. Romae, M.DC.LXXVII.

ÁLVAREZ, Gabriel, S. I. — Historia de la Provincia de Aragón de la Compañía de Jesús. 2 vol. (Ms).

AMABILE, Luigi. — Il santo officio della inquisizione in Napoli. Narrazione con molti documenti inediti. Città di Castello, 1892.

AMMIRATO, Scipione. — Delle famiglie nobili napoletane. Fiorenza, M.DLXXX.

ANTONIO, Nicolaus, O. S. Iac. — Bibliotheca hispana nova, sive hispanorum scriptorum qui ab anno MD. ad MDCXXXIV. floruere, notitia... 2. vol. Matriti, MDCCLXXXIII, MDCCLXXXVIII.

Archivio Storico Italiano ossia raccolta di opere e documenti finora inediti o divenuti rarissimi risguardanti la storia d'Italia. Firenze, 1842 sqq.

ASTRAIN, Antonio, S. I. — Historia de la Compañía de Jesús en la Asistencia de España. 7 vol. Madrid, 1902-1925.

BALAN, Pietro. — Storia d'Italia. Seconda edizione... curata... dal sacerdote dottor Rodolfo Majocchi... 11 vol. Modena, 1894 - 1899.

BIASIOTTI, G. e TOMASSETTI, G. — Tusculana. Roma, 1912.

BIAUDET, Henry. — Les Nonciatures apostoliques permanentes jusqu'en 1648. — Helsinki, 1910.

BLUTEAU, Raphael, Cler. Reg. — Vocabulario portuguez e latino. 10 vol. Coimbra, 1712 — Lisboa, 1728.

BRAUNSBERGER, Otto, S. I. — Beati Petri Canisii, Societatis Iesu, epistulae et acta. 8 vol. Friburgi Br. MDCCCXCVI - MCMXXIII.

BUONFIGLIO e COSTANZO, Gioseppe. — Messina città nobilissima descritta in VIII libri. Venetia, MDCVI.

BURGOS, Augusto de. — Blasón de España. Libro de oro de su nobleza. Reseña genealógica y descriptiva de la Casa Real, la grandeza de España y los títulos de Castilla. 7 vol. Madrid, 1853 - 1862.

Canisii Epist. vide: BRAUNSBERGER.

CASTRO, Christóval de, S. I. — Historia del collegio complvt. de la Compañía de IHS. (Ms.).

CEÁN BERMÚDEZ, Juan Agustín. — Diccionario histórico de los más ilustres profesores de Bellas Artes en España. 6 vol. Madrid, 1800.

CHIUSOLE, Antonius. — La genealogia delle case più illustri di tutto il mondo. Venezia, MDCCXLIII.

Codex Iuris Canonici Pii X Pontificis Maximi iussu digestus Benedicti Papae XV auctoritate promulgatus. Romae, MCMXIX.

COLMENARES, Diego de. — Historia de la insigne ciudad de Segovia y compendio de las historias de Castilla. Segovia, 1847.

Concilium tridentinum. — Diariorum, Actorum, Epistularum, Tractatuum nova Collectio. Edidit Societas Goerresiana promovendis inter Germanos catholicos litterarum studiis. Friburgi Brisgoviae, MCMI sqq.

Congregationis generalis primae Societatis Iesu Decreta. [*Apud:* Institutum Societatis Iesu, Florentiae, 1892, vol. II, p. 151 sqq.]

Constitutiones Societatis Iesu cum earum Declarationibus. Romae, 1908.

CORDARA, Iulius, S. I. — Historiae Societatis Iesu pars sexta, complectens res gestas sub Mutio Vitellescho. Tomus prior ab anno Christi MDCXVI... Romae anno jubilaei MDCCL. — Tomus secundus ab anno Christi MDCXXV, ad annum MDCXXXIII. Romae MDCCCLIX.

— Collegii Germanici et Hungarici Historia libris IV comprehensa. Accedit Catalogus virorum illustrium qui ex hoc collegio prodierunt. Romae, MDCCLXX.

[CORPUS IURIS CANONICI] — Liber sextus Decretalium D. Bonifacii Papae VIII. Clementis Papae V Constitutiones. Extravagantes tum viginti D. Ioannis Papae XXII, tum Communes... Venetiis, MDCXV.

DA CAMARA MANOEL, Jeronymo. — Missões dos Jesuitas no Oriente nos seculos XVI e XVII. Trabalho destinado à X sessão do Congresso internacional dos Orientalistas. Lisboa, 1894.

[Delplace, Ludovicus, S. I.]. — Synopsis actorum S. Sedis in causa Societatis Iesu. 2 vol. Florentiae 1887, Lovanii, 1895.

Duhr, Bernhard, S. I. — Geschichte der Jesuiten in den Ländern deutscher Zunge. 4 vol. Freiburg im Br. 1907 — München-Regensburg, 1928.

— Die ältesten Studienpläne des Jesuitengymnasiums in Köln. (Sonderabdruck aus den Mitteilungen der Gesellschaft für deutsche Erziehungs und Schulgeschichte). Berlin, 1898.

Epistolae PP. Paschasii Broëti, Claudii Jaji, Joannis Codurii et Simonis Rodericii, Societatis Jesu, ex autographis vel originalibus exemplis potissimum depromptae. Matriti, 1903. (MHSJ).

Epistolae P. Hieronymi Nadal, Societatis Jesu, ab anno 1546 ad 1577. 4 vol. Matriti, 1898-1905. (MHSJ).

Epistolae P. Alphonsi Salmeronis, Societatis Jesu, ex autographis vel originalibus exemplis potissimum depromptae. 2 vol. Matriti, 1906, 1907. (MHSJ).

Epistolae Mixtae, ex variis Europae locis, ab anno 1537 ad 1556 scriptae. 5 vol. Matriti, 1898-1901. (MHSJ).

España Sagrada continuada por la Real Academia de la Historia. Tomo XLVIII. Tratado LXXXVI. La Santa Iglesia de Barbastro en sus estados antiguo y moderno. Obra póstuma del Doctor D. Pedro Sainz de Baranda. Madrid, 1862.

Estudios Eclesiásticos. Madrid, 1922 sqq.

Eubel, Conradus, O. M. Conv. — Hierarchia catholica medii aevi. 3 vol. Monasterii, 1898-1910.

Fernández de Béthencourt, Francisco. — Historia genealógica y heráldica de la Monarquía española, Casa Real y Grandes de España. 10 vol. Madrid, 1897-1920.

Fiocchi, Ambrogio M., S. I. — S. Roberto Bellarmino della Compagnia di Gesù Cardinale di S. Romana Chiesa. Isola del Liri, 1930.

Foley, Henry, S. I. — Records of the English Province of the Society of Jesus. Historic Facts illustrative of the labours and sufferings of its Members in the Sixteenth and Seventeenth Centuries. 7 vol. London, 1877-1884.

Fouqueray, Henri, S. I. — Histoire de la Compagnie de Jésus en France des origines à la suppression. 5 vol. Paris, 1910-1925.

Franco, Antonio, S. I. — Imagem da virtude em o noviciado da Companhia de Jesus do real collegio do Espirito Santo de Evora do Reyno de Portugal. Lisboa, M.DCCXIV.

— Synopsis Annalium Societatis Jesu in Lusitania ab anno 1540 usque ad Annum 1725. Augustae Vindelicorum et Graecii. Anno M.DCCXXVI.

Gams, Pius Bonifacius, O. S. B. — Series episcoporum ecclesiae catholicae, quotquot innotuerunt, a Beato Petro Apostolo. Ratisbonae, 1873.

Gómez Bravo, Juan. — Catálogo de los obispos de Córdoba, y breve

noticia histórica de su iglesia catedral, y obispado. 2 vol. Córdoba, MDCCLXXVIII.

GONZÁLEZ DÁVILA, Gil. — Teatro Eclesiástico de las Iglesias Metropolitanas, y Catedrales de los Reynos de las dos Castillas, Vidas de svs Arzobispos y Obispos y cosas memorables de sus Sedes. Tom. I-III. Madrid, M.DC.XL.V, M.DC.XL.VII, M.DC.L. Tom. IV. Salamanca, M.DC.XVIII.

GUILHERMY, Elesban de, S. I. — Ménologe de la Compagnie de Jésus. — Assistance de Portugal. 2 vol. Poitiers, 1867-1868.

Historia del Colegio de S. Anna y S. Vicente mártyr, de la Compañía de Jesús de Plasencia. Ms. *(Ex variis indiciis videtur auctor fuisse P. Hieronymus Román de la Higuera).*

HANSEN, Ioseph. — Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens 1542-1582. Bonn, 1896.

HEIMBUCHER, Dr. Max. — Die Orden und Kongregationen der katholischen Kirche. 3 vol. Paderborn, 1907-1908.

HOLZAPFEL, Heribertus, O. F. M. — Manuale Historiae Ordinis Fratrum Minorum... latine redditum a P. Gallo Haselbeck... Friburgi Brisgoviae, M.CM.IX.

HUESCA, Fr. Ramón de, O. M. C. — *vide:* ZARAGOZA, Fr. Lamberto de.

Institutum Societatis Iesu. 3 vol. Florentiae, 1892-1893.

Journal of the Bombay Historical Society. Bombay, 1928 sqq.

JUVENCIUS, Josephus, S. I. — Historiae Societatis Jesu pars quinta. Tomus posterior ab anno Christi MDXCI ad MDCXVI. Romae, MDCCX.

KARTTUNEN, Liisi. — Antonio Possevino. Un diplomate pontifical au XVI[e] siècle. Lausanne, 1908.

KILGER, Laurenz, O. S. B. — Die erste Mission unter den Bantustämmen Ostafrikas. Münster in Westfalen, 1917 [Veröffentlichungen des Internationalen Instituts für Missionswissenschaftliche Forschungen].

KROESS, Alois, S. I. — Geschichte der boemischen Provinz der Gesellschaft Jesu. 2 vol. Wien. 1910, 1927.

Lainii Monumenta. Epistolae et acta Patris Jacobi Lainii, secundi praepositi generalis Societatis Jesu, ex autographis vel originalibus exemplis potissimum deprompta, a Patribus ejusdem Societatis edita. 8 vol. Matriti, 1912-1917. (MHSJ).

LASSO DE LA VEGA Y ARGÜELLES, Angel. — Historia y juicio crítico de la escuela poética sevillana en los siglos XVI y XVII. Madrid, 1871.

Litterae Quadrimestres, ex universis, praeter Indiam et Brasiliam, locis, in quibus aliqui de Societate Jesu versabantur, Romam missae. 6 vol. Matriti, 1894-1925. (MHSJ).

LÓPEZ DE HARO, Alonso. — Nobiliario genealógico de los reyes y títvlos de España. Madrid, M.DC.XXII.

MEDERER, Ioannes Nepomucenus. — Annales Ingolstadiensis Academiae. 4 vol. Ingolstadii, 1782.

M[ENCHACA], R[ochus]. — Epistolae Sancti Ignatii Loyolae Societatis Jesu Fundatoris libris quatuor distributae. Accedit Liber sententiarum ejusdem. Bononiae, MDCCCIV.

MENÉNDEZ PELAYO, Marcelino. — Historia de los heterodoxos españoles. 3 vol. Madrid, 1880-1881.

Miscellanea di Storia Italiana edita per cura della Regia Deputazione di Storia patria. Torino, MDCCCLXII, sqq.

MHSJ. = Monumenta Historica Societatis Jesu. Matriti, 1894 sqq.

Monumenta Ignatiana, ex autographis vel ex antiquioribus exemplis collecta. Series prima. Sancti Ignatii de Loyola epistolae et instructiones. 12 vol. Matriti, 1903-1911 (MHSJ).

— Series quarta. Scripta de Sancto Ignatio de Loyola. 2 vol. Matriti, 1904, 1918 (MHSJ).

Monumenta Paedagogica Societatis Jesu, quae primam rationem studiorum anno 1586 editam praecessere. Matriti, 1901. (MHSJ).

Nuntiaturberichte aus Deutschland nebst ergänzenden Actenstücken. Zweite Abtheilung 1560-1572. Herausgegeben von der Historischen Commission der Kaiserlichen Akademie der Wissenschaften.

— Erster Band. Die Nuntien Hosius und Delfino 1560-1561... bearbeitet von S. Steinherz. Wien, 1897.

PACHTLER, G. M., S. I. — Ratio Studiorum et Institutiones Scholasticae Societatis Jesu per Germaniam olim vigentes. 4 vol. Berlin, 1887-1894 (Monum. Germaniae Paedagogica, Bd. 2, 5, 9, 16).

Nvovi Avisi dell'Indie di Portogallo, Riceuuti dalli Reuerendi Padri della compagnia di Giesu, tradotti dalla lingua Spagnuola nell'Italiana. Terza parte. In Venetia per Michele Tramezzino. MDLXII.

Nvovi Avisi delle Indie di Portogallo, Venuti nuouamente dalli R. padri della compagnia di GIESV, et tradotti dalla lingua Spagnola nella Italiana. Quarta parte. In Venetia per Michele Tramezzino. MDLXV.

PAIVA E PONA, A. P. de. — Dos primeiros trabalhos dos Portuguezes no Monomotapa. — O Padre D. Gonçalo da Silveira, 1560. Memoria apresentada á 10ª sessão do Congreso internacional dos Orientalistas. Lisboa, 1892.

PASTOR, Ludwig von — Geschichte der Päpste seit dem Ausgang des Mittelalters. — 16 vol. Freiburg im Breisgau, 1891-1931.

PERIN, Josephus. — Onomasticon totius latinitatis. 2 vol. Patavii, MCMXIII - MCMXX.

POLANCO, Joannes Alphonsus de, S. I. — Vita Ignatii Loiolae et Rerum Societatis Jesu Historia [= Chronicon Societatis Jesu]. 6 vol. Matriti, 1894-1898 (MHSJ).

Polanci Complementa. — Epistolae et commentaria P. Joannis Alphonsi de Polanco e Societate Jesu addenda caeteris ejusdem scriptis dispersis in his MONUMENTIS... 2 vol. Matriti, 1916, 1917 (MHSJ).

PONCELET, Alfred, S. I. — Histoire de la Compagnie de Jésus dans les Anciens Pays-Bas. 2 vol. Bruxelles, 1927.

PRA, Joseph, S. I. — Guillaume du Prat evêque de Clermont et les Premières Fondations des Jésuites en France. Riom, 1914.
REIFFENBERG, Fridericus, S. I. — Historia Societatis Jesu ad Rhenum inferiorem e Mss. codicibus, principum, urbiumque diplomatis, et authoribus synchronicis nunc primum eruta... Tom. I. Coloniae Agrippinae, MDCCLXIV.
RITTERSHUSIUS, Nicolaus. — Genealogiae imperatorum, regum... Editio tertia... Tubingiae. M.DC.LXIV.
RIVIÈRE, Ernest — M., S. I. — Corrections et additions à la Bibliothèque de la Compagnie de Jésus. — Supplément au « De Backer-Sommervogel ». Toulouse, 1911.
ROA, Martín de, S. I. — Historia de la Provincia de la Compañía de Jesús de Andalucía. (Ms.)
SACCHINUS, Franciscus, S. I. — Historiae Societatis IESV pars II, sive LAINIVS. Antverpiae, M.DC.XX. — Pars III, sive BORGIA. Romae, M.DC.IL. — Pars IV, sive EVERARDUS... Romae, M.DC.LII. — Pars V, sive CLAVDIVS. Tomvs Prior... Res extra Europam gestas, et alia quædam suppleuit Petrvs Possinvs ex eadem Societate. Romae, MDCLXI.
SANGRADOR VITORES, Matías. — Historia de la Muy Noble y Leal Ciudad de Valladolid, desde su más remota antigüedad hasta la muerte de Fernando VII. 2 vol. Valladolid, 1854.
Sanctus Franciscus Borgia, quartus Gandiae dux et Societatis Jesu praepositus generali tertius. 5 vol. Matriti, 1894 — 1911. (MHSJ).
SALAZAR Y CASTRO, Luis. — Historia genealógica de la Casa de Lara, justificada con instrumentos, y escritores de inviolable fe. 4 vol. Madrid, M.DC.XCIV - M.DC.XCVII.
SANTIVÁÑEZ, Juan de, S. I. — Historia de la Provincia de Andalucía de la Compañía de Jesús. (Ms.)
SCHÄFER, Ernst. — Beiträge zur Geschichte des spanischen Protestantismus und der Inquisition im sechzehnten Jahrhundert. 3 vol. Gutersloh, 1902.
SCHUHRHAMMER, G., S. I. und VORETZSCH, E. A. — Ceylon zur Zeit des Königs Bhuvaneka Bāhu und Franz Xavers 1539-1552. 2 vol. Leipzig, 1928.
SCIOMARI, Giacomo, O. S. B. M. — Note ed osservazioni istoriche spettanti all'insigne Badia di Grotta-Ferrata... Roma, MDCCXXVIII.
SIGISMONDO, Giuseppe. — Descrizione della città di Napoli e suoi borghi. 3 vol. [Napoli], 1788-1789.
SOMMERVOGEL, Carlos, S. I. — Bibliothèque de la Compagnie de Jésus. Première partie... Bibliographie. 9 vol. Bruxelles-Paris, MDCCCXC-MDCCCC.
— Les Jésuites de Rome et de Vienne en M.D.LXI d'après un Catalogue rarissime de l'époque. Bruxelles, 1892.
SOUSA, Antonio Caetano, Cler. reg. — Historia genealogica da Casa Real portugueza, desde a sua origem até o presente, com as Fa-

milias illustres, que procedem dos Reys, e dos Serenissimos Duques de Bragança, justificada con instrumentos, e Escritores de inviolavel fé, e offerecida al rey D. João V... 19 vol. Lisboa, M.DCC.XXXV-M.DCC.XLIX.

Souza, Francisco de, S. I. — Oriente conquistado a Jesu Christo pelos Padres da Companhia de Jesus da provincia de Goa. Segunda edição por um presbytero da Companhia de Jesus. 2 vol. Bombaim, 1881, 1886.

Steinhuber, Andreas, S. I. Card. — Geschichte des Collegium Germanicum Hungaricum in Rom. 2 vol. Freiburg im Breisgau, 1895.

Tacchi Venturi, Pietro S. I. — Storia della Compagnia di Gesù in Italia narrata col sussidio di fonti inedite. 2 vol. Roma, 1910, 1922. — *Primum vol. iterum editum est Romae 1931.*

Tiraboschi, Girolamo. — Storia della letteratura italiana. 9 vol. Roma, MDCCLXXXII - MDCCLXXXV.

Ughellus, Ferdinandus, O. Cist. — Italia sacra, sive de Episcopis Italiae et Insularum adjacentium... Editio secunda, aucta et emendata, cura et studio Nicolai Coleti Ecclesiae S. Moysis Venetiarum Sacerdotis Alumni. 10 vol. Venetiis, MDCCXVII - MDCCXXII.

Uriarte, José Eug. de, S. I. y Lecina, Mariano, S. I. — Biblioteca de Escritores de la Compañía de Jesús pertenecientes a la antigua Asistencia de España desde sus orígenes hasta el año de 1773. Madrid, 1925 sqq.

Valdivia, Luis de, S. I. — Historia de los Colegios de la Compañía de Jesús de la Provincia de Castilla. (Ms.)

Vasconcellos, Simão, S. I. — Chronica da Companhia de Jesu do estado do Brasil e do que obraram seus filhos n'esta parte do novo mundo, em que se trata da entrada da Companhia de Jesu nas partes do Brasil, dos fundamentos que n'ellas lançaram e continuaram seus religiosos, e algumas noticias antecedentes, curiosas e necessarias das cousas d'aquelle estado. Segunda edição. Lisboa, MDCCCLXV.

Zaragoza, Fr. Lamberto de, O. M. C. et Huesca, Fr. Ramón de, O. M. C. — Teatro Histórico de las Iglesias del Reyno de Aragón. 9 vol. Pamplona-Zaragoza, 1780-M.DCCC.VII. — *(A vol. V opus est Fr. Ramón de Huesca, O. M. C.)*

II

LITTERARUM AUCTORES

III

LOCI UNDE LITTERAE MISSAE SUNT

IV

INDEX PERSONARUM, RERUM AC LOCORUM

A

B

D

E

F

G

H

J

K

L

N

O

Q

R

S

T

U

V

W

X

V

INDEX GENERALIS HUIUS VOLUMINIS

1562

INDICES

A. M. D. G.